



1665.

1. Boeclerus, Joh. Henr.: De formula pacis Antiocho  
& Romanis datae.
2. Erhardt, Henricus Wilhelmus: De executoribus testamenti  
forum.
3. Golius, Johannes Conradus: De juribus honestatis
4. Gsell, Jacobus Bernhardus: De virginitate carum  
jure.
5. Hausmann, Georgius Christophorus: Feudarcha testi-  
tutus seu ad l. un. Cod. de Feudarchis
6. Holthuisius, Johannes: De puro et mixto imperio
7. Fencke, Eilardus: De venditione per aversionem  
ejusque opposito.
8. Klöverhorn, Johannes: Theses on jure naturali,  
gentium, civili, canonico, feudali, Saxonico  
et Camerali desumptae.
9. Lanchsch, Ehrenfried, a: Disputatio inang. . . . . ad  
20 p. d. nuptis. 2 Grunfl.



1665

10. Meurer, Mauritius: De eo, quod inter socios  
justum est.

11. Rebharius, Thomas: De origine juris.

12. Rebharius, Johannes: De jure sepulchrorum.

13. Sachsens, Johann Melchior: De pupillo infante  
majore.

14. Scherzer, Christophorus: De indulgentia

15. Wesiner, Philippus Albertus: Analysis l. cum pretorem

36 §. sunt. excusandae.

16. Wolff, Johann Georg: Differentiae juris civilis et

feudalis

1666

Decker, Fredericus: De nullitate sententiae

Decker, Fredericus: De sectis seu diversis vete 11

rum jurisconsultorum familiaris



1666

- 3. Fabricius, Philippus Martius : De anagyriac  
 exceptione s. non numeratae pecuniae
- 4. Felzer, Magnus : De jure comitorum.
- 5. Glorin, P. B. : De jure venandi principum imperii
- 6. Huetterhoff, Georg Friedrich, v. : De jure expectati-  
 vae . . . 2 exempl.
- 7. Keck, Julius : De exceptione competentiae
- 8. Pranghenhoff, Johannes Fredericus : De citatione judiciali
- 9. Rehharius, Johannes : De jure reversionis adversus  
 injurias verbales
- 10. Rehharius, Johannes : De personis, quae coarctat  
 sunt praestare nequeunt.
- 11. Retberg, Johann Heinrich : De circumscriptione negotii  
 viva.
- 12. Selgmann, Rudolphus : De bancaruptoribus



1666.

13<sup>a</sup> Paul, Magnus: De scientia ejusque affectu  
juris 2 tract. 1666 n° 1667.


14. Hockler, Gerardus von: Velitudo ex jure usucap-  
tionum

15. Hoesserus, Godefridus: De in integrum restitutionibus

16. Hoesserus, Godefridus: De jure favorabili

17. Witzgensteins, Witzicus Julichensis: De jure in re speciali,  
quod dominium dicitur








1  
/ 3  
  
11  
  
13  
/ 6  
  
17







700

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY OF

LEIPZIG

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY OF

LEIPZIG

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY OF

LEIPZIG

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY OF

LEIPZIG





1  
3  
11  
15  
16  
17

[Blank page with faint bleed-through from the reverse side]

36





DISPUTATIO INAUGURALIS  
JURIDICA

De

EO QUOD INTER  
SOCIOS JUSTUM EST

Quam

Adspirante Divini Numinis gratia  
ex Auctoritate atque Decreto

Magnifici, Nobilissimi & Amplissimi  
JURIS CONSULTORUM ORDINIS

In Celeberrima ARGENTORATENSIVM Academia  
Pro LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores & Privilegia  
DOCTORALIA

*rite & legitime consequendi*

*Publico ac solemni Eruditorum Examine submitit*

HENRICUS Meurer / Hamburgensis.

*Ad Diem Martii, ANNO M. DC. LXV.*  
*Horis Locoque consuetis.*

Ⓢ):o:(Ⓢ)

Prostat apud SIMONEM PAULLI, Bibliop.  
Literis JOHANNIS PASTORII,

258

1665, 70.

AA









J. N. I.



Uti animum suum & studio-  
rum cursum foro potius, quam scholæ  
applicare jubentur, haud dubie recte fa-  
ciunt, si materias in hominum usu & fo-  
ri tritura frequentiores sibi cognitatas atq;  
exploratas reddunt *arg. l. legavi 25. de li-*

*berat. leg. l. 9. § pecuniam 3. de reb. credit.* In quibus, cum  
procul dubio, doctrina contractuum non ultimum sibi  
vindicet locum, ex amplissimo eius latifundio thema de  
contractu societatis, in Emporiis celebrioribus usitatif-  
simum, exercitationis speciminisve cujusdam in publi-  
cum edendi causa, seligendum duxi. Non ut hinc inde  
furtivas theses concinnarem, quomodo stolidæ præ soli-  
dis fundamentis extrui solent, sed ut methodo probata  
causas huius notitiæ ita componerem, ut legum capita-  
lium explicatio inde simul hauriri possit. Primum ita-  
que secundum consuetam causarum seriem tractare, ita  
ut CAP. I. definitionem & divisionem exhibeat. II.  
causam efficientem proponat. III. subjectum ostendat.  
IV. de objecto. V. de forma. VI. de fine & effectu agat.  
VII. in contrariis desinat. Dein singulis locis tum ex-  
positionem legum eo præcipuè pertinentium, tum *Sta-*  
*tutum nobilissimæ & inclytæ Reipubl. Hamburgensis* subji-  
cere constitui, ne in patriæ forum, Deo volente, aliquan-  
do relatus, in peregrino quodam me versari orbe autu-  
men,



mem, & eandem contumeliã, qua *Servius* olim tactus  
*l. §. Servius 43. de orig. jur.* experiri cogar. Quod autem  
 meum propositum, quamvis in omnibus, utut' conatus  
 sum assequi non potuerim, tamen non dubito, quin B.  
 L. omnia in meliorem & benigniorem partem accipiat,  
 cum nec juvenus mea ἀποτέλεσμα spondere possit. Te  
 autem magne DEUS in ipso exordio pro felici & auspi-  
 cato successu devotè invoco.

## CAP. I.

*De Definitione & divisionibus.*

## I.

**D**esignatam ergo methodum observaturis primo loco  
 proponenda venit Definitio quæ est vel nominalis, vel  
 realis. In nominali spectanda sunt Etymologia, Ho-  
 monymia & Synonymia.

Etymolo-  
gia.

2. Quoad Etymologiam: Vocem societatis *Dd.* communi-  
 ter à socio derivant, hunc autem alij à consortio dictum volunt:  
 Consors enim is dicitur ad quem pars bonorum pertinet, siquidem  
 veteres vocabulo sortis pro parte utebantur *Luc. de Penna in rubr. C.*  
*si liberal. imperial. soc. sine hered. & ex eo Mozz. de societ. col. 1. th. 3.*  
*Besold in thes. pract. voce Gesellschaft.* unde & ipsam societatem con-  
 sortium vocari in *l. cum duobus § 2. ff. pro soc. arbitrantur.* Alii re-  
 probata hac derivatione primitivum esse malunt *Richter. de contract.*  
*Disp. II. th. 1. lit. A.* Alij socium dictum volunt, quasi sine otio *Mar-*  
*tin. in lex.* quæ etiam potissimum arridet allusio, cum contrahens  
 societatem non quemlibet obvenientem, sed certam personæ in-  
 dustriam sibi eligat §. *quod solvitur §. Inst. de societ. Wesenb. in parat.*  
*ibid. n. 10. Gifan. ad l. §. ff. de O. & A. n. 5.*

Homony-  
mia.

3. Etymologiam excipit Homonymia. Sumitur autem vo-  
 cabulum societatis vel latissime, vel late, vel proprie seu stricte.  
*Latissime* quando tribuitur conjunctionibus personarum, sive na-  
 turaliter, sive civiliter conjunctis: Sic societas inter omnes homines  
 Cicer.



*Cicer. lib. 1. offic. inter Principes ac Potestates, quæ de mutuis auxiliis ferendis ligam seu confæderationem inierunt, esse dicitur, tam ab Historicis vid. Tacitus 12. Annal. 47. Florus lib. 3. cap. 18. n. 6. & lib. 4. cap. 2. n. 41. & seqq. Justin. lib. 2. cap. 15. n. 11. quam Politicis & Juris publici Doctorib<sup>9</sup> Lips. 5. polit. 4. n. 7. & seqq. Dn. Cancell. Schuz. vol. 2. de stat. imper. Rom. Disp. 12. th. 2. lit. A. & th. 22. lit. D. Wahremund ab Ehbrenberg de fœder. lib. 1. c. 2. n. 27. Et in ea latitudine vocabulo societatis sumto porro recte societate inter virum & uxorem (quam primam Rittersh. in different. jur. civil. & canon. lib. 6. cap. 4. n. 3. amplissimam Paul. Christin. decis. Belgicar. 209. n. 1. appellat) l. rerum amotarum 1. ff. de action. rer. amotar. l. si rerum 52. ff. de re judic. l. adversus 4. C. de crimin. expil. hered. Gail. 2. obs 86. n. 15. inter patrem & liberos l. possessionem 11. C. comm. utriusq. jud. Dominum & servum cum Libenthal. in colleg. polit. exerc. 2. th. 5. Cellario & communi Politicorum schola affirmamus. Sic & collegia societates vocantur l. neq. societatis 1. quod cujusq. univers. nom. l. bona 3. §. 4. de bon. poss. & Canonici socij c. 35. de offic. & potest. judic. deleg. Imo quod magis admiratione dignum, licet nulla maleficij causa inita societas sit l. nec præmittendum 57. ff. pro soc. Dn. Perez. in prælect. Cod. ad tit. de contr. judic. tutel. n. 6. tamen socij criminis atque delicti dicuntur facinorosi atq; delinquentes idem crimen, non solum Ciceroni in orat. pro Rosc. Amerin. pag. m. 24. & 32. sed ipsis Jctis l. in quacunq. 1. vers. quod si C. de custod. reor. l. quoniam 11. C. de testib. c. si testes 3. §. liberi caus. 4. q. 3. seculi nostri Lumen ( ut jure suo appellatur à Dn. Brunnem. in C. C. ad l. un. de suffrag. ) Magnif. Dn. Cancell. TABOR in tractat. de confrontat. part. 2. th. 9. & 13. Emeric. à Rosbach. de comparat. jur. Civil. & Canon. lib. 3. c. 28. n. 7.*

4. Late quando rerum communionem etiam sub se comprehendit. Et in hoc significato socij sunt cohæredes l. ut sit 31. ff. pro soc. legatarij, quibus eadem res legata §. item inter 3. Inst. de oblig. que quas. ex contr. nasc. l. heredes 25. §. 16. famil. hercisc. Dn. Cancellar. Tabor in partit. Element. part. 3. Disp. ult. th. 24. qui eandem rem donationis titulo ab Imperatore acceperunt l. un. C. si liberal. imper. soc. fin. hered. decess. lib. 10.

5. Strictè & proprie, quando denotat contractum consensu sociorum initum ut sumitur tit. Inst. ff. & C. pro soc. l. juris gentium



7. §. 1. ff. de pact. Magnif. Dn. Rebhan. Ictus celeberrimus & ampliffime  
Iuridica Facultatis Senior. in Hodoger. iur. chart. 2. clim. 3. th. 16. in exd.  
Mantic. de tacit. & ambig. convention. lib. 6. tit. 1. n. 10.

ad l. 31. 32.  
33 & 34.  
ff. pro soc.

6. Nam licet societas & communio in plurimis conveniant,  
tamen differentia inter eas non sunt pauca: Differunt enim 1. cau-  
sa efficiente, quod societas contrahatur conventionem & tracta-  
tu habito, communio re ipsa Cujac. 10. observ. 25. quod fit cum non  
affectioe societatis in communionem incidimus v. g. non enim  
statim inter eos societas est, qui rem eandem vel emerunt l. ut sit  
31. ff. pro soc. vel per nuncium conduxerunt l. ut in conductionibus 33. ib.  
sed requiritur tractatu habito societas inita sit l. nam cum 32. ff. ibid.  
Unde Dd. quoque communionem vocant societatem fortuitam  
Accurs. in l. 2. C. ibid. necessariam Calvin. in lex. Iurid. pag. m. 856. inci-  
dentem, impropriam Dn. Franzke in comm. ff. ibid. n. 10. Mozz. de so-  
ciet. col. 3. n. 5. Bocer. cl. 2. Disp. 5. th. 2. ad differentiam propriae, qua &  
voluntaria dicitur Cujac. d. observ. 25. 2. differunt quod societas  
ex contractu vero, communio autem ex quasi contractu oriatur §.  
3. l. de O. que quas. ex contr. nasc. 3. effectu ex societate enim na-  
scitur proprie actio pro socio d. l. 31. ex communiōe vero, vel fami-  
liae heriscundae, si scilicet ex haereditaria causa res sunt communes  
l. quibus casibus 34. ff. ibid. vel communi dividundo, si non ex haeredi-  
taria causa communio sit orta, aut si semel jam iudicio familiae her-  
iscundae sit actum d. l. 34. vers. inter eos l. si filia §. 4. famil. herisc. 4.  
Contrariis: Communionem enim licet cuilibet Dominorum sta-  
tim solvere provocando, quando vult ad divisionem, non autem  
sic societatem, quemadmodum in cap. ult. latius dicitur, interim  
vid. Mudeum ad l. 31. n. 6.

Synonymia

7. Synonymice dicitur societas consortium l. cum duobus 52.  
§. 8. ff. pro soc. Germanicè Gesellschaft Besold. in thesaur. pract. Ge-  
werbschafft / C. A. l. pro soc. th. 2. in pr. Dn. Struv. exerc. 22. ad ff. th. 19.  
Gemeinschaft / Statut. ampliff. acinclytæ Hamburgensis Reipu-  
blicæ part. 2. tit. 10. Gail. 2. obs. 24. n. 1. Mascheweyen Wehner. in  
thes. pract. Mascheweyen laudat. Stat. Hamb. d. l. art. 2. 3. 4. & passim Nam  
licet Gravæus apud solos Westphalos certam tantum societatis spe-  
ciem hoc vocabulum denotare statuat in conclus. ad d. obs. 24. Gail. n.  
1. tamen & allegatum Statutum citato loco pro synonymis hæc vo-  
cabula



cabula habere inspicienti cuilibet, tum ex inscriptione seu rubrica tum ex allegatis articulis clare patebit.

8. Sequitur jam definitio realis societatis posteriori in sensu *Definitio* sumta, nempe propria. Definiri autem potest, contractus consensualis I. G. nominatus b. f. de rebus operis in commune conferendis lucri participandi gratia. Aliter definit C. A. I. pro soc. th. 3. Wesenb. in parat. ff. ibid. n. 2.

9. Atque ita definita societas dividi potest i. ratione objecti, & *Divisio* vel habito respectu ad quantitatem, vel qualitatem. Hoc respectu est vel publica v. g. de vectigalibus l. societates 5. ff. pro soc. l. adeo 9. ff. ibid. de redditibus publicis l. locatio 9. §. 4. de public. & vectig. vel privata de rebus privatorum inita vid. l. adeo 59. ff. pro soc. Dn. Bicc. in aur. sect. 4. th. 105.

10. Respectu ad quantitatem habito est vel universalis (quam Graeci κοινοβία specialiter appellant pr. Inst. ibid.) vel particularis l. ea vero 13. §. 1. l. coiri 7. l. societates 5. ff. ibid. Trentl. 1. Disp. 27. th. 8. lit. F. Paul. Christin. decis. Belgic. 206. n. 4. Consentit. Statut. celeberrima Hamburgens. Reip. p. 2. t. 10. art. 2. Universalis iterum est vel specialiter omnium bonorum (quæ & omnium fortunarum dicitur l. si societatem 73. ff. ibid.) in qua communicantur non solum illa, quæ ex quaestu proveniunt, sed & quæ ex titulo lucrativo, ut hæreditas, legatum, res donata l. ea vero 3. §. 1. l. actione 65. §. 3. ff. ibid. Giphon. ad l. 33. C. de donat. Hincque monet ex Ferrariens. Schneidev. Notarios sapienter facere si in instrumento dicant, inter partes actum esse, ut præsens societas sit generalis super omnibus bonis præsentibus & futuris quocumque modo acquisitis, & acquirendis, tam ex industria, quam à fortuna, tam ex contractibus inter vivos, quam ultimis voluntatibus in comment. Inst. ad tit. de societ. n. 4. Vel simpliciter tantum contracta inque hunc veniunt ea solum, quæ ex quaestu seu commercio proveniunt. l. 7. l. 9. l. 12. ff. ibid. Alexand. 3. consil. 103. n. 6.

11. Particularis est, quæ de certa negotiatione, vel re initur, v. g. sagarie l. cum duobus 52. §. 4. ff. ibid. argentarie d. l. §. 5. mancipiorum emendorum, vendendorumque, olei, frumenti, vini emendi pr. Inst. ibid. Wesenb. in parat. ff. ibid. n. 3. restringiturque hæc, ut sit eorum tantum quæ ex quaestu veniunt illius negotiationis vel rei de  
qua



qua societas conflata est: Nā si quid sociorū alter ex alia causa quæ-  
sierit, ad id communicandum non tenetur; ita enim rescriptit Se-  
verus Imp. Flavio Felici: *Etiamsi maxime argentaria societas inita est,*  
*quod quisq; tamen socius non ex argentaria causa quæsit, id ad communio-*  
*nem non pertinere explorati juris est d. l. 52 §. 5.*

*ad l. 1. ff.*  
*ibid.*

12. 2. à forma accidentali dividitur, quod alia sit contracta ad  
certum tempus, alia in perpetuum l. 1. ff. *ibid.* i. e. dum vivunt socij,  
in æternum enim nulla societatis coitio est. l. nulla 70. ff. *ibid.* Mantic.  
de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 23. n. 5. Quo in significa-  
tu eodem quoque vocabulo utitur idem Paulus in l. 1. ff. de jur. dot.  
cum dotis causam perpetuam dicat, & semper apud maritum ma-  
nere: Et Ulpian. in l. 4. ff. de procurat. ubi procurator dicitur da-  
ri posse in perpetuum, cum datio tamen ulterius se non extendat,  
quam procurator vivat, uti recte notat Gothof. in not. Item alia  
conditionalis d. l. 1. l. societate 6. C. *ibid.* Quæ legenti duo facere  
potest dubia, nempe primo, cur apud veteres dubitatum fuerit, an  
societas sub conditione contrahi posset, cum cæteri contractus v. g.  
emptio §. pen. Inst. de contrah. empt. conditionem recipiant? Causa  
dubitandi videtur autem hæc fuisse, quod societas ipso jure domi-  
nium per tacitam mancipationem (modus qui transferendi domi-  
nij Romanis & firmissimus, ac exin quoque ejus usus usurpatissi-  
mus fuit, uti patet ex Briffon. lib. 1. select. jur. antiq. cap. 7. Jacob. Gottho-  
fred. in comment. ad tit. de R. I. in l. 77. pag. m. 339.) transferat, ea au-  
tem nullam conditionem admittat l. actus legitimi 77. de R. I. Est e-  
nim nihil aliud quam dominij realis præsensque traditio & manu-  
capio, ea verò solùm manu capere possumus, quæ præsentia sunt,  
& manu tenemus, non quorum dies, aut conditio in suspenso est  
conf. Ulpian. in fragment. lib. 19. de domin. & acquis. rer. Cui &  
hanc addere possumus, quod si societatem sub conditione contra-  
here liceret, semper in potestate esset alterius sociorum efficere  
pendente conditione ne obligetur, renunciando scilicet obligatio-  
ni futuræ, quod solum modo in societate semper licet §. 4. Inst. l. 5.  
C. pro soc. eas autem obligationes, quibus plane in nostro lubitu po-  
nitur an obligari velimus, nec ne, non valere indubitatum est ex  
l. sub hac 8. ff. de O. & A. Cui hæc non placent, inspiciat Mud. ad l.  
1. ff. pro soc. n. 3. ubi aliam subfuisse autumat. Verum Iustinianus

*ad l. 6. C.*  
*ib.*

(ut



( ut ipse innuit in d.l.6. ) his veterum dubitationibus sublatis voluit societatem cum conditione contractam omnimodo valere debere, voluntates contrahentium potius servandas, quam nimiam juris subtilitatem ( quæ semper tam ipsi Imperatori v. l. si quis 7. C. de instit. & subst. l. un. C. ut act. ab hered. & cont. & passim. quam subtilissimis Jctis vid. Magnif. Dn. Cancell. Tabor Ictum incomparabilem, in præfat. tractat. de jur. cerevis. odiosa fuit ) impostero observandam judicans.

13. Alterum quod in d.l.6. considerandum occurrit, est, quomodo Justinianus se autorem hujus juris jactare possit, cum Paulus ( qui sub Severo Imp. anno Christi 221. ac ita 300. fere jam annos ante Justinianum vixerit vid. Excellentiss. Dn. Diederich. Historicum famigeratiss. in compend. histor. in vita Severi. p. m. 195. Helvic. in theat. histor. ann. Chr. 221. ) sine hæsitatione dixerit, societatem cum conditione coiri posse? Dupliciter quidem respondet Dn. Wissenbach. in C.C. ad d.l.6. quod vel Tribonianus more suo manum admoverit d. l. i. ff. ibid. vel quod Paulus ex eorum numero fuerit, qui societatem sub conditione contractam admittebant: Verum cum nec illud facile sine certo fundamento Triboniano imputandum, nec hoc admittendum: Comprobasset enim eo ipso jam Justinianus sub conditione initam societatem, quod Pandectarum volumini inferre curasset, per tradita Wesenb. in parat. de testib. n. 3. in med. Perez. in prælect. Cod. ad tit. de V. I. E. n. 2. & de offic. Jurid. Alexand. n. ult. malumus distinguere inter conditionem omnimodo incertam, an etiam unquam existura sit, de qua vere dicitur, nondum est in obligatione, quod sub conditione debetur: l. si quis 8. commiss. caus. test. Magnif. Dn. Cancell. Tabor Patron. ac Præceptor noster ob insignem favorem & amplissima præstita beneficia summâ pietate aeternum colend. in anal. ad Barbof. locuplet. lib. 13 cap. 5. axiom. 11. qualis est in l. 6. proposita: Si Titius Consul factus fuerit. Et contractum tantum in certum tempus differens; ut de ista loquatur Justinianus, de hac autem Paulus in l. 1. conf. Bach in not. ad Wesenb. Parat. de condict. indeb. n. 4. lit. B.

14. Porro dividitur ratione formæ & finis, quod contrahatur alia definitis lucri & damni partibus, alia indefinitis l. si non fuerint 29. ff. pro soc. §. 1. Inst. ibid.

B

15. Tan-



15. Tandem ab effectu dividi potest in utilem & licitam, & inutilem seu illicitam l. 3. §. 1. l. societas §. l. 6. C. l. ea vero §. 3. l. 29. ff. ibid.

16. Dividunt quidem etiam nonnulli à causa efficiente in voluntariam & necessariam Richter. de contr. Disp. 11. th. 2. lit. A. & in Pandect. illustr. h. t. p. 399 n. 2. Verum cum omnis societas, de qua nos hic loquimur, voluntaria sit, exque conventionem oriatur l. ut sit §. 31. & §. 32. ff. ibid. Magnif. Dn. Cancell. Tabor. in not. ad C. A. I. ibid. th. 4. n. 4. Wesemb. in œconom. ff. p. m. 130. merito ab hac in ista tractatione abstinemus; præsertim cum ipse quoque Richter. in expositione suæ thesæos id agnoscere videatur.

## CAP. II.

## De causa efficiente.

## I.

**C**Ausa Efficiens alia est remota, alia autem proxima. Remota est I. G. Ut enim ceteri contractus emptio venditio, locatio conductio, & reliqui penè omnes ex hoc jure introducti sunt §. sed jus 2. Inst. de I. N. G. & C. l. ex hoc jure §. ff. ibiq. Bartol. de I. & I. Wesemb. in parat. de pact. n. 4. & de reb. cred. n. 8. Bachov. de action. Disp. 1. th. 12. ita & societas huic suam debet originem d. §. 2. l. juris gentium 7. §. 1. ff. de pact. Dn. Bicc. in aur. sect. 4. th. 102. Corvin. in Elem. jur. civilis lib. 3. tit. 26. Et cum contractus tam necessarij ad communem sustinendam vitam, ut absque his vivi non possit, ut inquit accuratus. Wesemb. in par. de pact. n. 9. Felician. de societ. in proœm. n. 22. quid mirum, ratione distante & necessitatibus urgentibus omnes gentes hosce certos constituisse modos d. §. 2. Dn. Franzk. exer. 6. quest. 1. Non quidem quasi actualiter omnes gentes unquam convenerint legum condendarum, aut modos contrahendi præscribendi causa, sed quod instinctu naturali ubique & semper in has leges, hosque modos consenserint.

2. Intellectum tamen hic volumus non I. G. primarium, sed secundarium cum C. A. I. de I. & I. Sutholt. diff. 1. aphor. 58. non obstante eo, quod distinctio hæ *ἡ ἀπὸ τῶν ἐν τῷ νόμῳ* in jure non habeatur, ac proin



pro in à quibusdam rejicienda judicetur *vid. Anton. Matth. Disp. 1. th. 46. Vngebaur. exerc. 2. quest. 1. cum retineri posse, & ob utilitatem etiam retinendam esse accuratissimi velint Jcti, ac inter hos summus Magnif. Dn. Tabor Disp. Wesenb. 1. quest. 7. & in partit. Element. Disp. 1. th. 9. conf. Wesenb. in parat. de 1. & 1. n. 15. Franzk. exerc. 1. quest. 6.*

3. Proxima est consensus *pr. Inst. de Oblig. quæ quas. ex contr. nasc. Franzk. in comment. ff. pro soc. n. 2. de quo infr. in forma latiores erimus.*

## CAP. III.

## De subjecto.

## I.

**Q**uoad subjectum contrahi potest societas tam cum liberis personis, quam servis *l. si servus 18. l. si id 58. ff. pro soc. l. si cum filiof. 9. ff. de compens. Mudæus ad rubr. tit. pro soc. n. 3. imo cum omnibus quibus non interdictum est arg. l. quod si 24. §. 1. de minor l. sicut 5. C. de O. & A. l. mutus 42. §. 1. ff. de procurat. Est enim de genere permissorum, quorum facultas omnibus competit, quibus non expresse prohibetur *Wesenb. in parat. ff. de pact. n. 9. late Barbof. locuplet. lib. 14. cap. 25. ax. 2. Unde amplissimus nobis hic exspatiandi campus pateret, nisi ipsum & alios jam percurrisse sciremus, in consideratione itaque paucarum tantum personarum, circa quas potissimum, dubia oriri possunt, acquiescamus. Contrahit pro in recte societatem filiusfamilias cum extraneo *l. si id quod 58. ff. pro soc. Bocer. cl. 2. Disp. 2. th. 5. lit. B. Felician. de societ. cap. 6. n. 28. Dn. Perez. in prelect. Cod. ad Sctum Macedon. n. 4. Quilibet cum fœminis *l. ex diverso 17. §. 1. ff. sol. matrim. Mozz. de societ. col. 1. n. 10. Mantio. de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 12. n. 2. Petr. de Vbald. de duob. fratrib. part. 3. n. 37. Maritus cum uxore *l. alimenta 16. §. ult. ibi: societatem omnium bonorum cum uxore sua per annos amplius 40. habuit. ff. de aliment. & cib. leg. Nam cum omnis contractus cum ea iniri possit si donationem nō sapiat *l. si sponsus 5. §. 5. l. si vir 52. ff. de donat. int. vir. & ux. Dn.******



*Carpzov. p. 2. Const. 15. def. 23. n. 3. Gail. 2. obs. 90. Perez. in pral. Cod. ad d. t. de don. inter vir. & ux. n. 6. quidni & societas ?*

*ad l. 51. ff. & 6. C. de don. inter vir. & ux.*

3. Dissentit quidem post *Covvaruvv. Sutholt. diss. 2. aph. 16.* nullam societatem, nec jure civili, nec canonico inter conjuges esse posse scribens per *l. Quintus 51. & l. etiamsi 6. C. de don. int. vir. & ux.* Verum videtur hoc divortium ortum esse ex malâ interpretatione *ad ll.* Non enim dicitur ibi quod quicquid acquirat uxor semper ex bonis mariti acquisivisse videatur, sed loquuntur *d. textus* tantum de dubio casu, ad removendam turpis quæstus suspicionem: Secus igitur iis casibus, quando patet, unde uxor quæsierit, uti recte monet *Dn. Brunnem. in elegantissimo C. C. ad d. l. 6.* Tum enim non immerito locum invenit regula satis nota *Dd. in certis non est locus conjecturis l. continuus 137. §. 1. de V. O. Wesenb. in parat. ff. de probat. n. 14. & probatio vincit præsumtionem Barbof. locuplet. lib. 14. cap. 68. ax. 3. add. Heët. Felician. d. l. cap. 3. n. 5.* ubi ad cætera quæ obijci solent, respondet.

4. Quod hodie minime etiam dubii habet, cum non solû apud Frisios aliasque gentes vid. *Dn. Wissenbach. 1. Diss. 32. th. 25.* sed ubique fere societas bonorum inter conjuges moribus tacite contrahatur, uti testatur *illustre Colleg. Jurid. Argentor. pro soc. th. 5. n. 4. Dn. Perez. in prælect. Cod. ne ux. pro marit. vel mar. n. 2. & de dor. promiss. n. 14. Gomez. singul. decis. 5. n. 9. & fatetur ipse etiam Sutholt. d. l. aphor. 19.* Non quidem universalis specialiter ita dictâ, in quam venire diximus *supr. cap. 1. th. 10.* ex quo vis titulo acquisita: Ea enim non intelligitur nisi expresse inita sit *l. 3. l. 73. ff. pro soc. Dn. Carpzov. I. F. S. part. 3. const. 15. def. 45. n. 3.* sed universalis simpliciter quæ dicitur *arg. l. coiri 7. ff. ibid. saltemque ex labore & industria acquisita communicat Mudeus ad l. 1. ff. ibid. conf. Paul. Christin. decis. Belgicar. 206. n. 5. & seqq. Wissenbach. d. l. & ad l. 2. C. ibid.* Nec caret hæc nova moribus inducta societas exemplo antiquitatis, cû & ex lege *Romuli* uxor fuerit particeps *ἡ παρὼν ἑπιμέτωπος καὶ ἰσῶν*, ut inquit *Halycarnasf. lib. 2. antiquit. Roman. cap. 71. Jacob. Gothofr. in fontib. quatuor Iur. civil. lib. 3. pag. m. 73.*

*ad l. 5. §. 1. ff. pro soc.*

5. Pauperior cum ditioe *l. si societates 5. §. 1. ff. ibid.* supplet enim plerumque pauperior opera & industria negotiandi, quantum ei in comparatione & collatione patrimonii deest *d. l. 5. l. si non fuerint*



29. ff. §. 2. 1. *ibid.*, non tamen cum eo qui nihil confert, neque operarum, neque pecuniæ: Averfatur enim naturæ atque definitioni societatis, in qua siquidem non sufficit consortium esse ejusdem negotii, quod fit etiam in quavis communione, sed necesse est præterea, ut ab utraq; parte aliquid conferatur ad communem utilitatem; Nam alioqui socii non erunt participes ejusdem lucri & damni, sed respectu alterius donatio esset *Dn. Lauterbach. in comment. ff. ibid. §. 1. n. 6.* Plura exempla satis eleganter recensent *C. A. I. ibid. th. 5. Felic. d. l. cap. 3. 4. 5. & seqq.* ut sola describendi laus superesset.

5. Progrediamur itaque ad personas, quæ prohibentur contrahere. Prohibentur autem quædam natura, quædam lege. Natura, quæ consensum adhibere non possunt v. g. amentes, furiosi *l. 1. §. 12. de O. & A. l. ult. C. pro soc. Stracc. in tr. de mercat. part. 3. n. 18. & 21.* nisi habent dilucida intervalla, illis enim durantibus recte contrahunt *l. emptionem 2. C. de contrah. empt.*

6. Lege, impubeces, sine tutoris autoritate *l. ut in 33. ff. pro soc. Mant. de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 12. n. 1. & tit. 13. n. 6. Vi-gel. in M. I. C. lib. 19. cap. 10. n. 40.* Unde porro etiam recte deciditur, quod inter tutorem & pupillum, quando solus tutor est, nulla contrahi possit societas à *Mudao ad l. 25. §. 6. ff. pro soc.* non enim potest ipse autoritatem præstare in rem suam *§. si inter 3. Inst. de autor. tut. l. quamquam 1. ff. ibid. Perez. in prælect. Cod. ibid. n. 12. & de contrah. empt. n. 4.* Secus tamen si contutores habeat, cujus autoritate pupillum sibi obliget. *l. pupillus 5. ff. de aut. tutor.* præsertim cum hodiè absque ulla etiam distinctione facta unius tutoris autoritas in quocunque sufficiat negotio *l. ult. & ibi a Gothofr. alleg. text. C. ibid. Cujac. 17. observ. 83.*

7. Similiter prohibitum cum *Bannito* seu proscripito contrahere societatem, cum is effectus banni sit, ut omnis cum bannito interdicator conversatio, receptio, imo omnia bona ejus cuilibet prædæ exponantur & ipse pro hoste habeatur *Ordin. Cameral. part. 2. tit. 10. Recept. imp. Ratisbon. de anno 1555. §. sehen annoch Magnif. Dn. Cancell. Tabor in armament. Justin. cap. 3. th. 7. pag. m. 243. Dn. Schuz. vol. 2. de stat. imp. Roman. Disp. 4. th. 8. lit. C. & Disp. 6. th. 31. lit. B. Sichard. ad l. 1. C. pro soc.* Nec movet, quod deportatus contractus ex jure *Gentium* descendentes celebrare, ac proin emere vendere &c. possit.



titl. 15. ff. de interd. & releg. Cujac. 6. observ. 38. cum eo autem vulgo comparetur bannitus vid. Gail de pac. publ. cap. 1. n. 4. Nam licet in quibusdam deportatio & bannus convenient; tamen pœnam bairni, præsertim generalis longe duriorē esse jam olim notavit C. A. I. de pœn. th. 4. n. 1. Deportati enim manebant sub imperii Romani ditione inclusi saltem certæ insulæ arg. l. 10. §. ult. de in jus vocand. l. 4. l. 17. de pœn. l. 1 §. 3. ff. de off. præf. urb. ita ut nec fines excedere auderent sub pœna capitis d. l. 4. de pœn. Ast præscripti ab omni tutela excluduntur & nullibi tolerantur, uti initio theseos dictum, quibus adde Dn. Locamer. quest. Iustin. 52.

8. An autem cum Clericis contrahi possit non nihil dubii habere videtur. Negat C. A. I. pro soc. th. 6. n. 19. Rim. jun. 3. consil. 282. n. 14. Mozz. de soc. col. 1. n. 20. Mantie. de rac. & ambig. convent. d. lib. 6. tit. 12. n. 6. Menoch. 1. consil. 12. n. 12. per c. pen. & ult. de vit. & honest. cler. c. clerici caus. 14. q. 4. c. negotiationem 9. & seqq. de sec. neg. Episcop. interd. dist. 88. in quibus textibus ipsis interdicta est omnis negotiatio: Videmus tamen hodiè in diversis locis obtinuisse contrarium, ut scilicet cum ipsis etiam ineatur societas, idque forsan hac ratione, quoniam hodie in Ecclesiis Evangelicis bona peculiaria possident, & amplas cogantur alere familias tenui quandoque stipendio. Putant etiam Dd. non obstare amplius dd. canones, si clericus requiescat, & consocius solus negotietur. Quod nos cujuscunque loci consuetudini & indulgentiæ moderandum relinquimus.

9. Sed quid de *Judeis* dicendum, an cum iis iniri potest? Affirmant Dd. communiter de iis rebus in quibus Christianis cum ipsis commercium datur, observato tamen modo in *Recess. Ratisb. anno 1551. §. diesem zu begegnen* præscripto, scilicet, ut contractus coram magistratu ordinario Christiani contrahentis celebretur vid. Carpz. p. 2. const. 30. Def. 45. n. 1. & p. 3. const. 13. def. 36. n. 9. Dn. Schuz. vol. 2. de stat. imp. Rom. Disp. 9. th. 17. C. Corn. 3. consil. 260. Mudæus ad rubr. ff. pro soc. n. 4. Boer. decis. 179. n. 6. Richter. de contr. Disp. 11. th. 1. lit. B. Mozz. de soc. col. 1. n. 21. Harpr. cum allegat. ad pr. inst. de soc. Rectius tamen certe honestius ab ea (quod & amicis quibusdam se confuisse testatur Felician. de soc. cap. 8. n. 25. in f.) abstinemus, cum familiaritatem Judæorum vitare jubeamur c. *Judei 5. c. ad hæc 8. extra de Iud. sarac. & eor. serv.* Societas autem non solum familiaritatem, sed



sed & quodammodo jus fraternitatis inducat & quasi fratres socios faciat *l. verum 63. pr. ff. pro soc. Paul. Fuscus de singul. in jur. civil. & Pontific. occurrent. question. lit. S. n. 46.* imo sic eos expresse *Statut. inclytæ Reip. Patriæ* appellare inveniō *part. 2. tit. 10. ibi: Mafscopenbruder art. 3. 6. & 9.*

CAP. IV.  
De Objecto.

## I.

Circa objectum notandum de quibus rebus iniri possit societas. Contrahitur autem & de universis bonis *v. l. societas 1. ff. pro soc. l. ea vero 3. & passim ibid.* & de parte eorum, & de re certa *l. societas 5. ff. ibid. C. A. I. ibid. th. 7.* videlicet de certa aliqua negotiatione, ut est sagariæ *l. cum duobus 52. §. 4. ff. ibid. numulariæ mensæ §. 5. ibid.* Alias societatis species proponit *pr. Inst. l. si id 58. ibid. item l. 69. ff. ibid.* De quo vexatissimo textu integram conscripsit disputationem *Dn. Wissenbach. 1. Disp. 33.* vocabulo nundinarum intelligens (per metonymiam adjuncti pro subiecto) epulas, quæ solent nundinarum tempore præstari, sed quia ipse fatetur *th. 4.* se ex aliis authoribus docere non posse, vocem nundinarum pro epulis nundinariis usurpari: Sequamur potius vulgatam, quæ nundinarias epulas refert, vel etiam manuscriptum *Magnif. Dn. Taboris* vetustissimum & quartum seculum excedens, ubi (ut ex benevola ipsius informatione percepimus) legebatur: Ut unus ex reliquis nundinas, idem epulas præstaret, eosque à negotio dimitteret. Tria ergo promittit socius (qui forsan mercium nihil contulit) 1. nundinas præstandas *v. l. un. C. de nund. 2. epulas, 3. operam integram,* qua reliqui à negotio dimitterentur, qui hoc pacto merces aliquas commiserant promissori certo pretio æstimantur. Promissor autem nec nundinas, nec epulas solvit: Quæritur qua actione à sociis conveniri debet? Respondet *Ulpianus* & pro socio & ex vendito cum illo agendum esse: Pro socio quidem, quia conventioni societatis non stetit: Ex vendito autem, quia nō solvit rerum ipsi commissarum pretium *l. Iulianus 13. §. veniunt de A. E. V. conf. l. 74. h.* Hæc si alicui non probantur

ad l. 69. ff.  
ibid.



batur videat an ipsi *Salmasii* correctio magis probari queat, qui pro epulas legit *empolas*, & hanc inventionem sibi primus tribuit quam *tn. Fornerius* jam dudum protulerat. 3. *rer. quotidian.* 18. An illa quæ placet *Heraldo* 1. *animadv.* 9. qui nundinas pro mercibus accipit. Illud certe nullatenus recipi potest, quod *Dn. Wissenbach. th. 6. ibid.* scribit, non solutis epulis actionem ex vendito dari venditori epularum pro earundem consequendo pretio: Non enim promissori, ut venditori epularum hæc actio datur, sed sociis.

2. Non solum autem de rebus corporalibus contrahitur societas, sed etiam incorporalibus, ut *Grammaticæ docendæ l. duo* 71. *ff. pro soc. hereditatis l. ea vero* 3. §. 1. *l. cum duobus* 52. §. 6. *ff. ibid.* imo generaliter definiendo de rebus, atque operis omnibus honestis *Wesenb. in parat. ff. ibid. n. 5. Bocer. cl. 2. D 5. th. 6. lit. C.* Societas enim maleficii causa inita nulla esse potest *l. nec pratermittendum* 57. *ff. pro soc. conf. Senec 2. benef. 14.* cum inhonestarum & legibus prohibitarum rerum nulla sit obligatio *arg. l. juris gentium* 7. §. 7. *ff. de pact. Barbos. locuplet. lib. 9. cap. 20. ax. 1.*

3. Unde non valeret societas inita, quæ annona carior fieret *l. Lex Julia* 2. *ff. de L. Jul. de ann. late Klock. de arario lib. 2. cap. 81. n. 2.* monopolii habendi causa *l. un. C.* (quam ut æquam & prudentem laudat magnus ille *Grotius de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 12 n. 16. in notar.*) *de monopol.* Cui consentiunt tot sanctiones Germanorum Imperatorum, *constit. Polit. Ratisbon. de anno 1548. & 77. sub tit. die schädlichen Vorkäuffe belangend / Recess. imp. Colon. de anno 1512. §. und nachdehnt.* nec non novissima gloriosissimi ac invictissimi hodierni Imperatoris LEOPOLDI I. capitulatio artic. *wir sollen und wollen* 20. Nam licet societas mercimonii causa inita omnino licita *l. societates* 5. *ff. pro soc. Felician. de societ. cap. 13. n. 16. Reform. August. de anno 1548. §. jedoch soll niemand hiedurch verboten seyn:* Tamen in ea, ut cæteris omnibus modus est servandus, & non permittenda ea per quam cæteri mercatores subruantur, & cives pro lubitu & libidine premantur, per tradita *Magnif. Dn. Canc. Tabor. in colleg. iur. publ. ad d. art. 20. capitulat. Leopoldina. conf. Gregor. Tholosan. de Republ. cap. 3.*

4. Licet non diffitear urgente quoque publica necessitate, aut utilitate ex autoritate Principis quibusdam negotiationem certa-



certarum rerum, constituto tamen pretio, concedi posse, puta si subditi impares sunt impensis faciendis pro annona, & Resp. sine monopolio conservari non possit, vid. Dn. Brunnem. & Dd. communitate ad d. l. un. Carpzov. cent. 1. decis. illustr. 4. n. 2. & cent. 2. decis. 4. n. 1. citatus à Dn. Schuz. de stat. Imp. Romæ. vol. 2. Diss. 9. th. 8. lit. B. Hippol. à Colibus in Principe cap. 34. Menoch lib. 2. arbitr. judic. question. cent. 6. cas. 569. n. 12. Scacc. tract. de commerc. & camb. §. 1. q. 7. part. 3. limit. 10. n. 15. H. Grot. de I. B. & P. lib. 2. cap. 12. n. 16. Klock. de arar. lib. 2. cap. 26. n. 10. & seqq. Lather. de cens. l. 9. c. 13. n. 41. Faust. de arar. class. 10. ord. 773.

4. Illustre enim nobis exemplum exhibet *Sacra Scriptura* in Josepho, is, siquidem omne frumentum, cum eo abundaret Ægyptus coemit, ut elapsis septem ubertatis annis inopiæ ac fami occurreret aperiens hordia, quæ ubertatis tempore repleverat vid. *Genes. cap. 41. cum seqq.*

5. Unde videmus hodiernum non solum in amplissimo Galorum regno omnes salinas Regis esse, ac prohibitum privatis salis commercium Marq. Freherus de monet. p. 48. Cujac. 3. observ. 31. sed etiam in multis Germaniæ locis certarum rerum commercium Principes sibi vindicare, aut certis hominibus committere, quo tum fisco, præsertim autem populo inopi succurratur, in quo tamen magnam cautionem esse adhibendam puto, ne hi miseros suos concives premant, & quod favore eorum introductum, contra l. nulla juris ratio 25. de LL. l. quod favore 6. C. ibid. l. Carbonianum 3. §. 5. de Carbon. Edict. in odium vertant.

6. Similiter nec olim licuisset societatem contrahere purpuræ distrahendæ seu vendendæ causa, cum & hujus commercium legibus expresse interdictum inveniatur privatis l. fucandæ I. C. quæ res ven. non poss. Cujac. 12. observ. 24. Brisson lib. 4. select. jur. antiquit. cap. 4. pag. m. 220. licet contrarium ubique fere hodie introductum inveniamus, cujus rationes vid. apud Dn. Perez. & Brunn. ad d. l. 1.

## CAP. V.

### De Forma.

I.

**Q**uod formam attinet alia est contrahendi, alia probandi. Illa iterum est vel Essentialis vel accidentalis.

C

2. Essen-



2. Essentialis consistit in consensu & voluntate ineundi societatem absque traditione etiam perfecta *pr. Instit. de Oblig. qua consensus nasc. l. nam cum 32. ff. pro soc.* Hinc est quod societas pro aliis contrahi non possit. v.g. plures societatem inierunt, quaritur: an plurima eorum pars possit novum aliquem socium in societatem assumere, & facere ut & is mihi socius sit? Resp. negando, qui enim admittitur iis socius tantum est, qui ipsum admiserunt, non aliis, ut inquit Ulpianus, *l. qui admittitur 19. ff. ibid.* hanc additâ ratione, quia societas consensu contrahitur consensui autem adversatur contraria voluntas, ita ut socius meus esse non possit, quem ego socium esse nolo. *d. l. 19. ibiq; Mudens; licet sit socius socij mei l. nam socij 20. ff. ibid. Barbos. locuplet. lib. 17. cap. 36. axiom. 4. & 6.*

*ad l. 21. &  
22. ff. ibid.*

3. Non tamen ex in societate noviter contracta tota nulla est, sed tantum talis dicitur *τὸ π*: Suos enim habet effectus respectu ejus cum quô noviter contracta est. Siquidem eum non solum socium facit *d. l. 19.* sed etiam ex societate consecuta cum eo communicat licet ceteri, cum quibus imita non est communicare non cogantur *l. & quicquam 21. ff. ibid.* ne scilicet hoc modo re ipsa & facto societatem admisisse videantur. Item tenetur is qui admisit socium novum, tam damnus factus à socio novo societati, quam socio isti damnus à societate datum resarcire, quia is solus contra eos habet actionem *l. ex contrario 22. ff. ibid.*

*ad l. 23. 25.  
& 26. ff.  
ibid.*

4. Sed si admissus novus socius ex unâ parte auxit societatem lucrando, & alia in parte diminuerit damnus dans per culpam suam, utrum tum ad mittitur lucri & damni compensatio? De hoc casu dubij inter se fuerunt ipsi Jcti: Pomponius enim hoc casu admitterebat compensationem teste Ulpiano *l. de illo 23. ff. ibid.* his forsationibus: Quia secundum naturam est commoda cujusque rei cum sequi, quem sequuntur incommoda *l. secundum 10. ff. d. R. l. l. quo tutela 23. ibid.* præsertim cum admissus videatur instar negotiorum gestoris esse; Negotiorum autem gestor lucrum cum damno compensat *l. si negotia 11. ff. d. N. G.* Sed contrarium statuit Ulpianus, rejicitque Pomponij sententiam, statuens lucrum cum damno non fieri compensationem, idque probat tum auctoritate Marcelli, tum argumento à majori ad minus deducto h.

m. si



m: Si servus unius ex sociis societati à Domino præpositus in multis industria sua lucrum fecerit societati, in quibusdam verò & negligentia sua damnum eidem societati dederit, Dominus lucrum cum damno compensare non potest, sed in solidum resarcire tenetur, multo minus danda aut concedenda compensatio socio, qui sine cæterorum sociorum consensu socium assumpt.

5. Quod eo prius admissum, quia nec ipsi socij lucrum diligentia societati allatū, compensant cum damno negligentia dato. Nam, ut inquit *Paulus* non ob eam rem minus ad periculum socij pertinet, quod negligentia ejus perit, quod in plerisque aliis industria ejus societas aucta fuerit. *l. 25. ff. ibid. & Ulpianus* aliis solummodo verbis usus: Si socius, inquit, quædam in societate negligenter egisset, in plerisque autem societatem auxisset, non compensatur compendium cum negligentia *l. seq. 26.* Nam quicquid socius potest facere in causa societatis, ad id tenetur ac proin beneficium nulum affert, cujus compensationem petere possit.

6. Quod verò ad rationes dubitandi antea propositas attinet ad utramque facilis est responsio. Prima enim *ex l. 10. de R. I.* desumpta procedit quidem quando commodi & incommodi par est causa, exque eodem fonte promaneant, secus autem quando dispar adest ratio, uti ostendit *Philipp. Matth. ad d. l. 10. Barbos. locuplet. l. 3. c. 31. axiom. 4.* Quam in societate adesse clarum est: Lucrum enim in ea venit, ex natura ipsius societatis, cum lucri causa pecunias & operas suas socij semper conjungant *arg. l. coiri 7. ff. pro soc. l. sed & 13. l. Mutius 30. ibid. Wesenb. in parat. ff. ibid. n. 8.* itaque ad id promovendum socius ex natura contractus rationeque officij obligatus est: Damnum autem præter omnem spem emergit atque votum *arg. l. 29. Franzke in Comment. ff. n. 49. ibid.* Si quid proin socius sua culpa damnum affert facit sanè quod facere non debuit, seu quod prohibet natura contractus, sibi que itaque potius sua quoque culpa nocere debet quam sociis.

Ad alteram dubitandi rationem respondemus damnum datum *in l. 11. ff. d. N. G.* intelligendum esse de damno casu contingenti absque culpa & negligentia nostra dato, quod à nemine præstatur *Barbos. locuplet. l. 3. c. 9. axiom. 1.* hoc autem loco, de eo damno, quod culpa aut negligentia accidit, loquimur, ubi planè aliud dicendum esse plus quam notissimum est.



*ad l. 4. ff.  
ibid.*

7. Sed è diverticulo redeamus jam in viam: Videtur antea dictis (solo consensu contrahi societatem) graviter obstare *l. societatem 4. pro soc.* ubi *Modestinus* inquit, societatem coiri & re & verbis, & per nuntium posse. Sed si accuratius ipsam legem inspicimus, nihil aliud vult (quod & vocabulum posse docet) quam in societate coeunda & rem & solemnem verborum formulam intervenire posse, sed non esse necessariam ad obligationem contractus contrahendam ex *Cujac. Dn. Wissenbach. ad l. 2. C. ibid.* valet enim alias ex solo quoque consensu *l. consensu 2. ff. de O. & A.* neque sufficit sola rerum communio. Nam licet rem eandem duo pluresue emerint, aut eandem hereditatem adierint, non tamen illico socij sunt *l. ut sit 31. ff. pro soc.* sed requiritur tractatu habito societas inita, ut sit. Aliter *ad l. 4.* respondet *Gothofred. in not. ibid.*

*ad l. 2. C. i-  
bid.*

8. Nec movere iterum quemquam in contrarium debet *l. proponas 2. C. ibid.* Ea enim accipienda de eo casu quando tractatu antea habito de societate ineunda certi alicujus prædij, prædium istud postea emptum sit.

9. Ad formam societatis jam inite & constitutæ, vel qualitatem intrinsecam pertinere videtur, quod contractus hic sit b. f. §. *actionum 28. Inst. de act. l. ea vero 3. §. ult. l. in proposita 78. ff. pro soc.* imò in quo b. f. in summo esse gradu *Bald. consil. 143. Perez. in C. C. de obligat. & act. n. 6.* ac exuberare debeat *l. 3. C. pro soc. Iul. à Beyma ad l. 1. ff. de usur. & fructib. Hillig. in D. E. lib. 13. c. 16. lit. B.* unde est, quod *Paulus* inquit societatem dolo malo, aut fraudandi causa initam i- pso jure nullius esse momenti *l. ea vero 3. §. ult. ff. ibid.*

10. Consideratis ita his quæ ad formam essentialem pertinent, porro progrediamur ad formam accidentalem, quorsum referimus quod contrahi societas possit vel in perpetuum, vel ad tempus, vel ex tempore, vel sub conditione *l. societas 1. ff. ibid.* In perpetuum contracta societas quid sit explicat ipse *Paulus in d. l. 1.* & nos latius deduximus *supr. c. 1. th. 12.* Cujus legis rationem *Faber* affert hanc, quia communio & societas discordiam facile pariant, præsertim inter invitos *Barbos. locuplet. l. 3. cap. 32. axiom. 4. Dn. Perez. in Prælect. Cod. ad Tit. comm. divid. n. 6.* ideo ad heredem non esse extendendam cum *Reip.* ipsi intersit, ne inter cives sint discordiæ *l. si quis 21. §. ult.*



§. ult. de captiv. & postlim. rev. Magnif. Dn. Cancell. Tabor in anal. ad Barbos. locuplet. l. 4. c. 29.

Addere & hanc possumus, quia in societate semper eligitur persona cujus fides & industria perspecta est eligenti §. 5. & 9. Institut. de societ. quod autem impossibile scitu est in herede socij cum incertum, quem & qualem heredem sibi sit electurus: Voluntas enim ejus usque ad extremum vitæ halitum manet ambulatoria c. ultima voluntas 23. q. 1. l. omnium 19. C. de testam.

11. Sed quid si certum heredem sibi statim constituerit? nec tum valere dicimus, ob aliam scilicet rationem, quia hæc nominatione tolleretur libera testandi facultas l. cum duobus 57. §. 9. pro soc. Cujac. 10. Observ. 25. Cogere enim eum quæ nominaverat necessario heredem facere. Ea autem nemini, ne per indirectum quidem auferenda est arg. l. stipulatio 61. de V. O. l. de questione 30. C. de pact. Dn. Tabor, d. l. lib. 18. c. 14. axiom. 4.

12. Ad tempus contrahitur societas, ut simus socij in quinquennium aut decennium, quo tempore finito societas quoque finitur, non ante: Nam licet unus sociorum renunciet societati socium quidem à se, sed se non à socio liberat l. actione 65. §. 6. ff. pro soc. sed de renunciatione infra in contrariis latius dicendi occasio erit.

13. Ex tempore vel ex die societas contrahi dicitur, cum placet inter socios futuros, ut inter eos societas, contracta sit post tres aut quatuor menses, primis Calendis Martij, quemadmodum in stipulationibus, & aliis fieri dicitur in §. omnis stipulatio 2. Inst. de V. O.

14. De societate sub conditione contracta egimus jam supr. cap. 1. th. 12. ea proin hic repetere fastidiosum esset.

15. Porro ad formam quoque accidentalem sunt referenda pacta, quæ contractui adjiciuntur, imprimis de lucri & damni partibus. De natura enim non substantia contractus est, ut communicatio lucri & damni æqualiter pro contributione quantitatis sit facienda, unde & conventionem mutari potest l. si non fuerint. 29. ff. pro soc. ut enim pacta legem contractui regulariter dant l. contractus 23. ibiq. Jacob. Gothofr. in comment. d. R. I. ita etiam societati, nisi fuerint inhonestæ §. 1. Inst. d. societ. d. l. 29. l. societatem 76. l. quid enim 80. ibid. Magnif. Dn. Cancell. Tabor Patronus noster religiosè colendus de



far. socide cap. 9 th. 11. Quod clarè & eleganter exprimit Statut. amplissima Hamburgensium Reip. ibi : Was Mascopey Brüder im anfang ihrer Gesellschaft mit einander abreden und bedingen solches soll zu jederzeit / wann es der natürlichen Billigkeit gemäß stett und fest gehalten werden. p. 2. tit. 10. art. 3. Secus ac olim Mutius in §. de illa 2. Inst. de soc. putavit, negans æquali contributione facta de disparibus partibus auferendis conventionem licitam esse, eo quod societas jus quoddam fraternitatis esset l. 63. in pr. ff. pro soc. fraternitas autem æqualitatem desideraret l. illud æquitas 12. C. communiã utriusq. jud. Pacta autem ista melioris ordinis gratia cum C. A. 1. pro soc. th. 10. Bocer. cl. 2. Disp. 5. th. 20. distingui possunt in justa & injusta.

ad §. 2. Inst  
l. 29. pr. ff.  
ibid.

16. Justa sunt v. g. ut quis duas partes vel tres lucri habeat, alius unam l. si non fuerint 29. ff. ibid. §. 2. Inst. ibid. placuit enim tale pactum (ut inquit Ulpianus) valere, hac tamen addita limitatione, si is qui plures consequitur partes, etiam plus contulerit societati, vel pecuniæ, vel operæ vel industriæ vel cujuscunque rei : Alias enim tale pactum non valere, sed petente socio à judice pro cujuscunque sorte, opera & industria ad analogiam Geometricam redigendam esse Dd. communiter volunt arg. l. si societatem 6. ff. ibid. Dn. Carpzov. part. 2. const. 30. def. 39. n. 3. Socin. 2. Consil. 74. n. 2. Mozz. de soc. col. 5. n. 1. Menoch. de arbitr. Iud. quest. l. 12. Cent. 2. Cas. 125 n. 3. Treutl. 1. Disp. 27. th. 8. lit. C. Schneidevv. ad. d. §. 2. Inst. de soc. Franzk. in Comment. ff. ibid. n. 70. Ac ita proin ex Ulpiano videtur explicandus Imperator in §. 1. Inst. ibid. cum inquit : Nec unquam dubium fuisse quin valeret conventio, si duo inter se pacti sint, ut ad unum quidem duæ partes & lucri & damni pertinerent, ad alium tertia ; ut scilicet subaudiatur limitatio, si plus etiam societati contulerit, uti benè monet Madaeus ad l. 14. ibid. n. 6. Dissentit Dn. Perez. in Præl. C. ibid. n. 6. cum Bachov. ad parat. Wesenb. ibid. n. 6. lit. L. tale pactum etiam valere statuentes licet fors, opera & industria sociorum æqualis in societate fuerit collata, quam & olim veteris juris Interpretis Iohannis sententiam fuisse invenimus.

ad l. 29. §. 1  
ff. ibid.

17 Aliud justum quoque pactum exhibet d. l. 29. §. 1. v. g. Titius & Seius inter se pacti sunt, ut Titius nullam partem damni sentiat, lucrum verò commune habeat cum Seio. (Ieu ut Imp. exprimit

mit



mit ut lucri Titius partem ferat, de damno non teneatur §. de illa 2<sup>o</sup> Inst. ibid.) Hoc pactum reprobata Mutij sententiâ secundum Servium valere decidit Imperat. d. §. 1. ff. ibid. Nam si tanta est opera & industria societati impensa, quantum damnum æstimatur; de nullâ facilius injuriâ queri potest, cum ipsa observetur æqualitas, læpe enim opera pro pecunia valet d. §. Inst. Imo plerumque plus confert, quam ipsa pecunia d. l. 29. §. 1. Carpzov. part. 2. const. 30. def. 39. n. 8. Boet. cl. 2. Diss. 5. th. 20. Nam quid si solus naviget, si solus peregrinetur, an cum his maximis incommodis pecuniam collatam comparari posse dicemus.

18 Unde etiam valet pactum, alter, pecuniam alter operas ut conferat d. §. 2. l. societatem 1. C. ibid. nam licet tempore Diocletiani & Maximini dubitatum fuisse patet ex d. l. 1. an talis conventio valeret; tamen in posterum valere, debere ab ipsis tum Impp. jam decisum fuit, nec tempore Justiniani amplius dubitatum d. §. 2. vers. nam ita coiri, quia opera (ut supra quoque diximus) pro pecunia valet Giphani. ad l. 1. C. ibid. n. 1. Est enim opera par pari datum hostimentum pro pecunia teste Plauto in Asin. Act. 1. scen. 3. H. Grot. d. l. B. & P. l. 2. c. 12. n. 14. Exemplum hujus pacti exstat apud Ciceronem pro Q. Roscio, ubi Cajus Fannius servum suum Panurgum Q. Roscio communem fecerat hâc lege, ut eum Roscius arte histrionica institueret, quæstusque inter eos communis esset. Aliud invenimus etiam in l. 59. §. 2. ff. d. t. v. g. cum quis pastori pecus in commune det in pacendo operam & industriam ut adhibeat. V. Magnif. Dn. Cancell. Tabor. in tract. de jur. socidæ c. 4. th. 10. ubi more suo, i. e. accuratissime (ut cum Dn. Brannem. cit. supr. l. loquar.) d. l. 59. §. 2. explicat. Aut politori (i. e. Colono qui diligenter & peritè agrum excolit & quodammodo expolit, prout explicat Gothofr. in not. ad d. §. 2. Calvin. in Lexic. Inrid. hâc voce) agrum suum in commune concedat d. l. cum duobus 52. §. 2. & 3. ff. ibid.

19 Sed an valet pactum ut socius quidam aliam damni, aliam lucri partem ferat? (h. e. ut omni damno deducto ad Titium duæ partes lucri pertineant, damni tertia, seu vice versa; ut ad illum duæ partes damni, lucri tertia pertineat) Diversorum Jctorum diversæ sententiæ referuntur. Q. Mutius Scevola contendebat conventionem talem omnino non valere, idque non tantum eo sensu si lucrum & damnum



damnum de eodem tempore intelligatur, ut scilicet eodem tempore aliam partem lucri; aliam damni socius ferat. Nam eo sensu neque id pactum admisit *Servius Sulpitius in notatis Mutii* ex ea forsitan ratione, quod hoc pactum esset contrarium naturæ societatis, siquidem secundum eam lucrum & damnum simul & eodem tempore non potest consistere, sed vel lucrum solum omni damno deducto, vel damnum solum lucro deducto adest § 2. *Instit. ibid. Bocer. d. Disp. 5. th. 20. lit. A.* sed etiam hoc sensu si diversis temporibus atque diverso eventu intelligatur, puta ut ejus lucri quod reliquum in societate est, omni damno deducto pars aliqua feratur: Et alio eventu seu tempore ejus damni quod similiter deducto lucro relinquitur, pars alia capiatur, qua in re respexisse videtur *Mutius* naturam societatis, quæ semper æquales partes damni postulat. Sed *Servius Sulpitius* cujus sententia prævaluit, admittebat hoc posteriore sensu pactum, sed tamen non simpliciter, sed cum hæc limitatione, si is cui plus vel damni conceditur, opera & industria sua inæqualitatem compensat. *conf. quæ dixi. supr. ad l. 29.*

*ad l. 6. §  
76 ff. ibid.*

20 Valet etiam pactum ut partes definiantur vel arbitrio socii, vel tertii cujusdam *l. si societatem 6. l. societatem 76. ff. pro soc.* Quibus in LL. quæritur quales in ejusmodi pacto intelligendi arbitri? Duo enim sunt genera arbitrorum, ut ipse *Proculus* innuit in *d. l. 76.* quorum unum tale, sive æquum sive iniquum dixerint parere necessario partes debent. *Treutl. 1. Disp. 12. th. 4. Desselius in Erotem. Iur. Canon. ad Tit. de arbitr. pag. m. 109.* cum ex compromisso ad arbitrum itum, eaque pænæ compromissione partes qualicunque sententiæ se subjecerint *Wesenb. in parat. de recept. arbitr. n. 2.* nisi dolus malus intervenerit *l. 3. ibiq. Dn. Brunnen in C. C. ibid.* Et hi vulgo appellari solent arbitri recepti *t. t. C. compromissarii l. pen. C. ibid.* Alterum verò genus est tale, ut ad boni viri arbitrium redigi possit, etiamsi nominatim persona cujus arbitratu fieri debebat sit comprehensa *d. l. 7, ibique Gothofr. in not. ff. pro soc.* & hi vulgo vocantur arbitratores seu amiables compositores, uti hæc omnia accuratissimè explicat *Magnif. Dn. Tabor in comm. ff. M. S. ad tit. de Recept.*

*ad l. 78. §  
79 ff. ibi d.*

Ad quæstionem quod attinet respondet *Proculus* in *l. 78. pro soc.* regulariter intelligendum arbitrium boni viri sive actum sit, ut partes societatis quoad lucrum, & damnum constituat unus ex sociis,



ciis, exemplo locatoris, cuius arbitrio opus ut fiat pacisci posse constat ex l. veluti 77. ff. ibid. & l. si in 24. ff. locat. cond. nec obstat quod contractus pendere nequeat à voluntate unius contrahentium l. in vendentis 13. C. ibique Dd. de contrah. empt. Illam enim regulam cum Felician. de societ. d. cap. n. 27. & Brunnem. in Com. ibid. exaudimus solūmodo de substantialibus. Vel extraneus quidam communis Amicus puta Titius vel Nerva d. l. 76. Quæ responsio Proculiana rectè etiam secundum antea datam differentiam se habet: Tenentur enim socii tum demum arbitrio stare, si rectum & æquum id fuerit: Nam si iniquum & pravum redigi debet ad æquitatem per iudicium b. f. d. l. 6. l. unde si 79. ff. ibid. quod autem non permitteretur, si primi generis arbitri hic intelligerentur. Vid. Magnif. Dn. Cancell. Tabor. in not. ad C. A. I. de arbitr. th. 86. Aliam adhuc rationem, eamque similiter non inconvenientem, cur hic intelligendum arbitrium boni viri statim addit Paulus in d. l. 78. Quia scilicet iudicium pro socio est b. f., in quo præsumitur bona fides semper intercessisse §. actionum 28. l. de action. l. cum duobus § 2. §. 1. ff. pro soc. præsertim cum in stricti juris etiam iudiciis, veluti stipulatione in alterius arbitrium collata, arbitrium boni viri intelligatur l. si libertus 30. de oper. libert. Donell. in Comment. ad l. 43. de V. O. n. 18. Nec obstat, quod in l. ult. C. de contrah. empt. dicatur pretio aut mercede in tertii arbitrium collata, præcise standum esse æstimationi ab arbitro dictæ, nec ab eo arbitrio recedere oportere: Accipiendum enim id cum hac limitatione nisi iniquum sit eius arbitrium Dn. Wissenbach. in C. C. ad d. l. ult. h. e. nisi constitutum pretium, verum rei pretium ultra dimidium vel excedat, vel minoris sit l. 2. C. de rescind. vendit. Non enim statim iniquum dici potest arbitrium, si arbiter forsan vel minoris vel pluris rem quam revera est, æstimaverit, cum & in emptionibus venditionibus naturaliter se in vicem circumvenire (quod tamen cum grano salis accipiendum. Vid. Dn. Tabor in partit. Elem. conclus. p. m. 281.) & quod minus est, pluris vendere; & quod pluris est minus emere liceat l. in cause 16. §. 14. de minor. Perez. in Pral. C. de integr. restit. n. 5. Similiter quoque hic pravum seu iniquum non omne iniquitatem quandam in se continens arbitrium dicitur, sed illud demum, in quo manifesta est iniquitas. l. 79. ff. pro soc. quæ cum à LL. definita non sit expressè, ut in emto ultra dimidium læsio

D

l. 2.



*l. 2. C. de rescind. vend. iudicis arbitrio relinquendam cum Mudeo pu-  
to arg. l. si servus 1. §. 2. de jur. deliber. l. mora 32. ff. de usucap.*

*ad l. 75. ff.  
ibid.*

Sed quid si persona cui commissa fuit determinatio, non fuerit arbitratus? Resp. nihil actum est, societasq; nihil valet, quia hoc ipsum actum videtur, ne aliter societas contracta sit, quam si Titius arbitratus sit *l. si coita 75. ff. ibid.* ut idem deciditur de venditione *in l. ult. C. de contrah. empt.* nec non locatione *in l. 25. pr. locat.* hac addita ratione (quam & in societate applicare licebit) quia hoc pacto contracta: quanti Titius aestimaverit vel ex his partibus, quas Titius arbitratus fuerit, non simplex est, sed conditionalis: Habet enim conditionem hanc quasi annexam: Si Titius arbitratus fuerit, vel si Titius arbitratus partes fuerit; qua conditione itaque deficiente, & ipsum contractum deficere seu non valere certum est. §. 4. *Instit. de V. O. l. necessario 8. pr. de peric. & comm. rei vend. Menoch. consil. 134. n. 30.*

*ad l. 6. 80.*

*ff. §. 2.  
Instit. ibid.*

21. Et haec tenus de arbitrio quale id in societate intelligatur, restat jam considerandum, quarum rerum rationem arbitri habere debeant in partibus lucri & damni constituendis? Ad hanc questionem respondent Pomponius *in l. 6. & Proculus in l. 80.* imò ipse quoque Imperator *in §. 2. Instit. eod.* rationem eos habere debere non pecuniae tantum, quae à quolibet sociorum in medium collata, sed & operae (h. e. actionis atque laboris, quod forte unus sociorum solus peregrinatus) vel industriae (i. e. artis quod in negotiandi arte vel melius versatus sit quam alter) vel gratiae (h. e. ut unus forsan majorum Amicorum partem habeat quam alter, quorum auxilio atque autoritate societati facilius creditur, vulgò hodie credit appellare solent) quasi dicerent, observanda est proportio Geometrica pro ratione industriae, pecuniae, operarum collatarum *l. si non fuerint 29. ff. ibid.*

*ad l. 29. §.  
2. ff. ibid.*

22. Et haec de Pactis justis. Pacta contra injusta sunt, ut unus lucrum solus sentiat, de damno autem non teneatur *l. si non fuerint 29. ff. ibid.* Est enim haec planè contra naturam societatis, ut & Leonina à Cassio iniquissima ab Ulpiano d. l. vocatur: Quae appellatio nomen à fabula Aesopi sumsit, quam recensitam invenies apud Mantii *de tacit. & ambig. conv. lib. 6. tit. 8. Harprecht ad §. 2. Instit. de societ.*

23. Simi<sup>1</sup>



23. Similiter non valet pactum, ne à societate abeat<sup>ad l. 14. ff. ibid.</sup>ur l. si convenerit 14. ff. <sup>ibid.</sup> huiusmodi enim pactum nullum habere potest effectum, cum nemo in societate manere cogendus sit l. ult. C. com. divid. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 328. n. 2. Neque obstat l. 7. §. 5. ff. de pact. ubi dicitur, quod pacta servanda sint, illa si quidem loquitur de Pactis à legibus ipsis non prohibitis, uti limitat Barbos. locuplet. l. 14. c. 1. ax. 3. add. Petrum de Greve exercit. 3. ad Pandect. n. 18. consentit Statut. inclytæ meæ Reipubl. Patriæ Part. 2. tit. 10. Artic. 10.

24. Sed quid si conventum ne intra certum tempus, puta quadriennium à societate abeat<sup>ad l. 14. ff. ibid.</sup>ur? Frustra & hoc pactum adjici inquit *Vlpianus d. l. 14.* non quod omnem ei effectum negaret. Vid. *Alciat. ad l. verbis Civilibus. 7. in pr. in verbo frustra de vulgari & pupii. Subst.* operatur enim illud ut non liceat invito socio à societate abire sine justa causa *d. l. 14. in f. unde & specialiter Stat. Hamb. c. l.* sub hoc pacto initam societatem excipit ibi: Ohne gewisse Zeit bestimpre Compagney. Sed ideo, quia omisso hoc etiam pacto vel deficiente, si socius intempestivè renunciaret societati ipso jure competat actio pro socio in æstimationem ejus quod interest *d. l. 14. l. sed & socius 17. §. 2. ff. ibid.* Aut è contra, quia hoc pacto non ita obstrictus est socius ut omnino recedere à societate non posset: Potest enim si justas habet causas, quæ proveniunt vel ex re ipsa, vel ex persona socii, vel ipsius renunciantis *Mudæus ad l. 13. ibid. n. 9.* Ex re ipsa oritur causa, si non amplius liceat frui re, cujus intuitu societas contracta est *l. 15. ibid.* Ex persona socii, si servare aut præstare conditiones (i. e. Leges atque pacta, quibus societas coita erat) detrectat, v. g. societas est b. f. contractus, & exinde naturaliter ei inest, ut fides servetur, quod si igitur non fiat quasi conditione deficiente ab eadem resilire licet *Gothofr. in not. ad d. l. 14. lit. O.* similiter ut in locatione recedere licet ob causam, quod Conductor mercedem promissam non solvat, tanquam non servata conditione *l. quero 4. §. I. locat. cond.* Aut si socius ita injuriosus esse incipiat, ut non expediat eum ulterius pati *d. l. 14. in f.* iniquum enim esset socium diligentem in societate manere debere, cum videret, negligentia & injuria consocii sibi eam damnosam futuram: Ex persona ipsius renunciantis autem causa oritur, si is Reip. causa diu & invitatus sit abfuturus *v. l. 16. ff. ibid.*



ad l. 35. §  
59. ff. ibid.

25. Nec valere pactum ut heredes in societate succedant i-  
dem decidit *Ulpianus l. nemo potest 53. ff. ibid.* adeo ut nec ab initio ita  
pacisci liceat *l. adeo 59. ff. ibid.* *Magnif. Dn. Cancell. Tabor de jure socide c.*  
*9. th. 22.* Cujus decisionis quatuor adferri possunt rationes. Prima est  
*Iustiniani*, quia societatem contrahens certam personam eligit, cu-  
jus diligentia, ingenium & fides ei est probata, qua igitur sublata,  
videtur etiam velle ut societas dissolvatur; nec enim idem ei est a-  
nimus de herede, quem sibi socius elegit, cum vel incertus, vel vix  
ejusdem ingenii, industriæ, artis & fidei *arg. l. inter 31. ff. de novat.*  
*Carpzov. part. 2. constit. 18. def. 28. n. 3.*

Secundam affert *Paulus in l. 65. §. 1. ne invitus quis socius effi-*  
*ciatur, cum juxta regulam communem omnes contractus initio sint*  
*voluntatis l. non idcirco 12. C. de contrah. empt. Barbos. locuplet. l. 3. c.*  
*6. 2. axiom. 25.*

Tertia hæc esse potest quia non oportet societatem conven-  
tione expressa ad heredem derivare, quæ in defuncto ipso non fuit  
tam firma ac stabilis, quin ex causa ei renunciari potuisset *l. 14. ff. pro*  
*soc. cum plus juris in alterum transferre nemo potest, quam habuit*  
*juxta l. 2. C. de pen. cap. nemo potest. 79. de R. I. in 6.*

ad l. 65. §.  
2. ff. ibid.

Quartam suppeditat, omnium consensu, omnium *Jctorum*  
*Coryphæus Papinianus*, ut scilicet liberior maneat suprema ac ulti-  
ma voluntas, nullisque constricta sit suasionibus & impulsibus *l.*  
*cum duobus 52. §. 9. ff. pro soc.* Nec obstat jam dictis *l. 65. §. 9. ibid. ibi;*  
*nisi in coeunda societate aliter convenerit.* Ex quibus verbis cum  
*Hottom.* concluderet forsitan quis, ex conventionem addita valere, ut ad  
heredes societas transeat. Non enim hic est sensus *isitus §.* sed ille,  
ut in omni societate convenire liceat, ut mortuo uno & altero ex so-  
ciis, inter ipsos, qui supersunt maneat societas, non autem, ut ad he-  
redes transeat. Quem sensum manifeste indicant verba: nec hæ-  
res socii succedit, quæ sequuntur dictam exceptionem pacti: Ex quo  
igitur concludendū necessario videtur, si qui societatem coierint ea  
conditione ut morte non dissolvatur, sed transeat ad heredes, pacti  
quidem adjectionem non probetur in heredibus, valeat autem in re-  
liquis sociis supersitibus, atque operetur, ut eorum dissoluta non  
sit societas, etsi de supersitum sociorum societatis continuatione  
nihil nominatim & in specie dictum sit, sufficit enim in genere con-  
venisse, ne societas morte finiatur. 26. Nec



26. Nec pugnant secundo cum suprad. quod de generali hæredum jure adferri solet, eos scil. succedere in defuncti obligationem *l. 1. 2. & seq. ff. de bon. poss. secund. tab.* & plerumque nos tam hæredibus nostris quam nobismetipsis stipulari *l. si pactum 9. ff. de probat. & presumpt.* Illa enim jura non procedunt, si obligatio est personalis *Barbos. locupl. l. 8. c. 5. axiom 2.* Siquidem quæ personalia sunt, & ob singularem causam alicui concessa, non possunt in heredes transire; sed cum persona extinguuntur *l. in omnibus 68. l. privilegia 196. de R. I.*

27. Intelligenda tamen ea quæ diximus de privatis solummodo societatibus: in publicis siquidem valet conventio, ut hæres succedat *l. 59. ff. ibid.* & propterea socij vectigalium publicorum & cæterorum similibus (id est, argenti fodinarum & salinarum) ut dicitur in *l. 63. §. 8. ff. ibid.* pacisci possunt, ut heredes eorum in societatem succedant. Rationem diversitatis *Vlpianus statim in d. l. 63. §. 8. in f.* hanc affert, quia privata societas planè voluntaria est, & ex sola contrahentium voluntate pendet; tacitè simul innuens, publicam esse quodammodo necessariam, non tantum ratione heredis, quemadmodum *Cujac. l. 10. obs. 25.* existimat, sed & ratione defuncti: Non quidem respectu principij & initij, quasi invitus quis ad illam compellatur, sed ratione eventus & annexæ conductionis, quia scilicet fit interdum, ut cogantur socij *Rerum publ.* etiam finita vectigalium conductione rursus ea conducere, atq; continuare *l. cotem 11. §. ult. ff. de publ. & vectig.* licet ab initio liberam locandi potestatem habuerint *l. locatio 9. §. 1. ibid.* ut itaque quod interdum fit jure cogente, facile etiam in pactum deduci possit jure permitte, præsertim cum his societatibus vectigalium magis prædia in consideratione veniant quam personarum industrial. *Imp. 7. ib.* Duo tamen intervenire necessario debet, pactum illud in publica societate ut valeat: Primo ut pars defuncti socij ad personam heredis ejus sit adscripta inquit *Pomponi<sup>o</sup> in l. 29. ff. pro soc. h. e.* ut jam tum cum vectigal conduceretur à sociis in ipsa lege Centoria seu conductionis convenerit, ut socij pars post ejus mortem ei assignata sit, qui ejus hæres est futurus: siquidem per partes exercebantur vectigalia inter socios, nec tamen ideo minus inter eos communia erant commoda & damna *l. 9. §. 4. ff. de public. & vectig.* Secundo intervenire eti-

*ad l. 63. §. 8. ff. ibid.*

*ad l. 59. pr. ff. ibid.*



am debet ut socio mortuo, vel unicus inter reliquos socios ad minimum supersit, qui rationes administrandæ societatis publicæ noscat; Et hoc est quod Pomponius *d.l.* ait; hoc ipsum ex causa æstimandam esse, quid enim si is mortu<sup>9</sup> sit propter cujus operam maximè societas coita est, aut sine quo societas administrari non possit v. g. Titius Sempronius & Cajus societatem publicam vectigalium inter se contraxerunt, ex omnibus autem solus Titius rationes societatis noscebat, hoc igitur mortuo solvi societatem certum est; cum nullus supersit, qui gerere actueri amplius societatem possit, si enim unicus superesset maneret societas. Quapropter non admittimus *Barroli*, eamque secuti *Mudai* conclusionem *in d. l. 59.* dicentium quod societas vectigalium non transeat ad hæredem, si is non sit aptus ad exequendum munus societatis; sed potius putamus, si unicus sociorum supersit, qui solus eam operam dignè possit exhibere, quod neque hæredis mors, neque hæredis indignitas eorum conjunctionem dissociet, sufficit enim ab uno illorum geri posse *arg. d. l. 59. vers. quid enim si is mortuus.*

28. Sequitur forma probandi: Probare autem regulariter is debet societatem contractam esse qui allegat *Mascard. de probat. 4. conclus. 3016. n. 1. Menoch consil. 12. n. 1. & seqq.* Est enim facti, quod non præsumitur nisi probetur *l. in bello 12. §. 2. de captiv. & postlim. revers. Wesenb. in Parat. ff. de Probat. n. 15.* Probari autem potest ex solo consensu eorum, qui societatem contraxerunt, pendet enim a solo consensu *§. 1. Inst. de oblig. que ex consens. Roland. à Valle 1. Consil. 91. n. 20.* qui secundum notam *Magnif. Dn. Cancell. Tabor ad C. A. l. th. 9. n. 11. pro soc.* probatur vel expresse, vel tacite.

29. Expresse vel per instrumentum seu aliam scripturam contractæ societatis superinde confectam *arg. l. omnia verò 3. §. 1. ff. pro soc. Rimin. l. un. 4. consil. 400. n. 102. C. A. I. de fid. instrum. th. 6.* Est enim instrumentum probatio probata, ut *Dd. loquuntur Baldus in l. Imperator ff. de stat. homin. Hyppolit. in rubr. C. de probat. n. 3. Dn. Carpz. part. 2. constit. 43. de fin. 7. n. 3.* pro quo semper præsumitur nisi argumentis luce meridiana clarioribus contrarium probetur *l. cum precibus 13. C. de probat.* Vel ex literis à socio scriptis, in quibus ipsum socium appellaverit, siquidem hæ sunt vice instrumentorum *C. A. I. de probat. th. 9. firmamq;* contra scribentem faciunt probationem.

nem.



nem. l. Publica 26 §. 2. ff. de pos. Bald. in l. ult. C. si cert. petat. Wesenb. in parat. ff. de fid. instrum. n. 5. Vinnius Disp. 17. de process. th. 5. n. 4. Besold. 1. Consil. 19. n. 27. Paul. Fuscus de singular. in Iur. Civ. & Pontif. occurrent. quest. lit. E. n. 33. Vel tandem etiam per testes, cum depositiones testium eandem vim obtineant, quam fides instrumentorum, ut inquit Imperator Constant. in l. in exercendis C. de fid. instrum. Treutl. 2. Disp. 5. th. 6. lit. A. conf. Vinn. Disp. 16. de process. th. 1. & 5. n. 43.

30. Tacite probatur si nimirum mens contrahentium ex facto elucescat, veluti cohabitatione, quæstus lucrorum & dispendiorum communicatione, publica fama, de quibus omnibus latè & eleganter agunt Mantica. in aureo tractatu de tacit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 10. & seqq. Mascard. de probat. volum. 4. conclus. 516. Roland. à Valle 1. Consil. 91. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quest. cent. 6. cas. 569. Wesenb. 1. Consil. 31. n. 28. Hector Felic. de societ. cap. 10. Petr. de Vbald. de duobus fratr. part. 2. pr. n. 1. Stat. Ampliss. Hamb. Reip. p. 3. tit. 10. art. 1.

## CAP. VI.

## De fine &amp; effectus.

I.

**F**inis societatis est lucrum ex conjunctis operibus vel pecuniæ <sup>Finis</sup> parandum: Lucri enim & quæstus gratia socij societatem inveniunt arg. l. 7. 8. & passim h. t. C. A. l. th. 11. Wesenb. in parat. n. 8. Frantzk. in com. ff. n. 49. ibid.

2. Quoad effectum, is est vel primus, vel ortus. Primus est obligatio, quæ oritur inter socios & concernit vel lucra seu commoda, vel damna seu incommoda.

3. Commoda sunt iterum vel definita & expressa, vel non <sup>Effectus</sup> definita. Si definita sunt omnino servanda veniunt, & <sup>primus</sup> quidem 1. Instit. ibid. vid. Statut. Hamb. p. 2. t. 10. art. 3. legitimæ enim voluntates contrahentium omnino servandæ sunt l. pen. ff. ibid. Giphart. ad l. 1. C. ibid. n. 3. hincque est, valere pactum, ut ad unum duæ partes lucri & damni, ad alium una pertineat l. 29. ff. ibid. item ad unum duæ partes lucri pertineant damni tertia, ad alterum duæ partes damni, lucri tertia §. 2. Inst. ibid.

4. Si



4. Si autem non definita & expressa, aut collatio rerum & operarum fuit æqualis, & æquales quoque esse lucri partes æquum est *d. §. 1. Inst. H. Grot. de I. B. & P. l. 2. c. 12. n. 24.* idque tum ex tacita contrahentium voluntate, ut est in *synopsi βασιλικῶν lib. 12. c. 29.* tum ex ratione juris. Est enim societas fraternitas quædam & arcta amicitia *l. 63. in pr. ff. ibid.* quæ æqualitatem maximè requirit *Dn. Brunnen. in C. C. ibid. ad l. 4. S. Richard ad pr. C. ibid.*

5. Vel fuit inæqualis, & tum juxta proportionem majoris pecuniæ aut operæ, seu industriæ in societatem collatæ ratio ineunda est; Non quidem (quod tamen pace multorum magnorum Virorum dictum volumus) proportionem Arithmetica, ut volunt *Dn. Hahn. in obs. Wesenb. parat. n. 6. pro soc. Bachov. in not. ibid. & ad Treutler. 1. Disp. 27. th. 8. Sutholt. diff. 15. aph. 57.* Sed Geometrica v. g. contulit Titius in societatem 200. florenos, Mævius 400. lucrati autem sunt hac pecunia 90 florenos, æquum est Titium accipere 30. Mævium autem 60. florenos: Quia enim 400. ad 200. florenos se habent in dupla ratione (id est ut duplum ad simplex) ideo etiam lucrum 400. florenorum se debet habere ad lucrum 200. florenorum in ratione dupla: At hoc unicè petendum non ex proportionem Arithmetica, sed Geometrica, quæ numeros judicat ex habitudine seu proportionem, quâ alterum in altero continetur. Et hinc quidem oritur quædam æqualitas, quam merito dixeris æqualitatem proportionis, non verò excessuum, sic in nostro dato exemplo summarum proportio est duplicitas, & lucrorum his summis debitorum proportio itidem est duplicitas; At excessuum distantia incomparabilis est: Summæ enim sortis seu capitalis distant ducentenario; summæ vero lucrorum tantum tricenario, quod in proportionem Arithmetica non admitti notissimum est. Quippe ex hujus lege deberet hic ubique esse excessus vel per ducentenarium, vel per tricenarium: Constat itaque non quamvis æqualitatem inferre proportionem Arithmetica, nec argumentum ex in pro hâc confirmanda sumi posse. Nec est quod petamus præsidium ex naturæ justitiæ commutativæ, aut distributivæ, cum natura proportionum non ab Ethico, sed Mathematico discenda sit: Is autem exemplum nostrum ita disponderet in regulam proportionis: Ut tota summa sortis seu capitalis (600.) ad totam summam lucri (90.) sic

pars



pars summæ capitalis ad partem lucri (400. vel 200.) Hæc autem si ritè applicentur, non video quomodo Ethicus ex natura justitiæ vel distributiæ vel commutatiæ aima subministrare ad introducendam hic proportionè Arithmeticam possit. Nec destituimur in hæc nostra sententia aliorum autoritatibus, sed consentiunt nobiscum multi gravissimi ac summi hoc nostro seculo Jcti Dn. Brunnem. in accuratissimo C.C. ad l. 4. pro soc. Dn. Carpzov. 2. constit. 30. def. 38. n. 4. Dn. Struve exerc. 22. th. 30. Wesenb. in parat. ff. pro soc. n. 6. Hartm. Pistor. l. 3. q. 1. n. 6. Treutl. 1. Disp. 27. th. 8. lit. D. Corvin. in Element. Jur. Civ. l. 3. tit. 26. & qui mihi instar omnium Magnif. Dn. Tabor de jure socidæ. c. 9. th. 11. Unde & meritò eam sententiam in Statuto comprobavit Legislator Hamburg. ibi: proportione Geometrica solches zu genieffen haben / d. p. 2. tit. 10. artic. 4.

6. Duo præterea hic adhuc in effectu observanda veniunt. Primo frustra de participatione lucri quæri, nisi damnum primum deductum sit §. 2. Inst. de societ. l. 30. ff. ibid. v. g. collati in societatem 500. ducati, ex quibus lucrum perceptum 100. ducatorum, in eadem autem societate in alia re damnum passum, itidem 100. ducatorum: Non possum jam dicere lucrum superesse centum ducatorum, cum hi in una re luctati compensandi sint, cum in alia re amissis, & sic nihil supersit.

7. Deinde quamlibet societatis speciem suos singulares habere effectus: In universali enim societate rerum, quæ coëuntium sunt communicatio fit solo consensu, atque ipso jure. *Sichard. adl. 1. C. ibid. n. 5. Petr. de Vbald. c. 4. n. 2.* Nam continuo communicantur, inquit *Paulus l. 1. §. 1. ff. ibid.* adeo ut licet specialiter traditio non interveniat, tacitè tamen intervenisse credatur secundum *Cajum in l. quia licet 2. ff. ib.* Intelliguntur enim singuli socij res suas nõ amplius possidere solummodo proprio nomine, sed etiam alieno hoc est consociorum; ita ut nihil obstet, quod alias dici solet: Traditionibus, non nudis pactis, seu sola conventionione Dominia rerum transferri *l. 20. C. de pact.* siquidem, uti dictum, voluntate sociorum, quæ cupiunt bonorum communionem instituire, statim simul possessio præsentium bonorum traditè intelligitur *Gothofr. ad d. l. §. 1. & per possessionem dominium, quod hoc modo sequitur possessionem acquisitam l. traditio 20. §. ult. ff. de acquir. rer. Dom.* Quam tacitam

E

citam



citam traditionem nec contra jus esse præsumendum est, cum hoc certo nitatur fundamento, quod possessio statim transeat in eum volentem, cuius nomine possidetur *l. quod nemo 18. pr. ff. de acquir. possess.* & quod possideamus etiam per eum, qui nobis tradere vult possessionem *Iul. à Beyma ad l. 3. §. 1. ibid.* quod itaque cum & socij velint necessario consocios suos faciunt possessores, secundum *d. l. 3.*

*ad l. 3. ff. ib.*

8. Hoc tamen accipiendum de iis solummodo bonis, quæ tacite communicari & tradi possunt, non etiam de iis, quæ talem traditionem averfantur, veluti sunt nomina & actiones: Ea enim quæ in nominibus sunt manent in suo statu, & actiones invicem præstari debent, inquit *Paulus l. 3. pr. ff. pro soc.* hoc est, non communicantur nisi invicem inter socios cedantur & mandentur *l. 3. C. mand. Dn. Brunnem de cession. action. c. 2. n. 72.* Nam quoniam horum tanquam incorporalium nulla possessio esse potest, per consequens nec tacitam traditionem admittere certum est, cum ad ea demum porrigatur fictio, quæ per rerum naturam non sunt impossibilia *Magnif. Dn. Cancell. Tabor in anal. ad Barbos. locupl. l. 6. C. 13. axiom. 2.*

*ad l. 74. ff. ibid.*

Item bona quæ socij post societatem contractam acquirunt. Fiunt enim hæc ejus propria, qui ea acquisivit *l. si quis. 74. ff. ibid.* Cujus ratio differentia hæc videtur esse, quia sigillatim rerum acquiratarum traditio facillime fieri potest, ita ut non opus sit à communibus juris regulis abire & tacitam admittere traditionem *Zoes. ad tit. pro soc. n. 3.* secus autem sit in initio contractæ societatis, tum enim ob multitudinem rerum perdifficilis est traditio, ideoque potius facta præsumenda, quam strictè requirenda.

*ad l. 3. §. 1. ff. ibid.*

9. Quod ipsas res & bona attinet in societate omnium bonorum specialiter contracta, communicanda veniunt omnia sociorū bona atque lucra cujuscunq; generis, tempore ac modo acquisita: Communicanda enim sunt non solum res corporales, sed etiam incorporales, seu jura veluti hereditates, nomina, actiones, *l. 3. ibid.* tam præsentis quam futuræ *d. l. 1. l. si societatem 73. ibid. Mud. ad d. l. 3. §. 1.* acquisitæ ex quæstu seu conquæstu hoc est, opera & industria sociorum puta emtione, venditione, donatione, inventione, ut rectè contra *Cynum in l. tandiu C. h. t.* affirmat *Petr. de Vbald. de duob. fratr. part. 5. pr. n. 9. pag. m. 126.*

10. Excipiuntur tamen quædam res quæ ob qualitatem suam com-

com-



communicationem non admittunt ut sunt res feudales, quæ non communicantur etiamsi fructus in commune conferre vasallo liceat *arg. 2. Feud. 9. § 2. Dn. Wissenbach 1. Disp. 32. th. 23. Felic. de soc. cap. 12. n. 35.* item fideicommissio affecta bona *arg. l. si duobus 3. §. 2. C. comm. de legat. & fideic. vid. Peregr. de fideicomm. art. 40. n. 1. & seqq.*

11. Nec non ex maleficio acquisita bona. Nam ut *Neratus* ait, socius omnium bonorum non cogitur conferre, quæ ex prohibitis causis acquisivit *l. cum duobus 52. §. 17. ff. pro soc. Sichard ad l. 1. C. ibid. n. 3. v. g. furto rapina l. nec quicquam 56. ff. ibid.* Rationem hujus exceptionis statim addit *Vlpianus in l. quod autem 53. ff. ibid.* quia scilicet delictorum turpis ac foeda est communio: Unde & alibi ex maleficio quæsitæ in bonis non esse dicuntur, nec etiam veniunt in iudicium, familiæ herciscundæ *l. cetera 4. §. 2. ff. famil. hercisc.* Addi & hæc posset, quod de his propter turpitudinis causam non videatur inter socios esse cogitatum, atque proinde jure societatis non posse venire in obligationem *arg. l. ult. C. quæ res pign. oblig. poss. vel non.*

12. Sed quid dicendum si acquisita ex delicto vel turpi causa à socio in communionem jam collata, an subsistat hoc casu communio seu societas in illis bonis? Videri posset nec hoc casu consistere, sed socium ista bona adhuc tanquam propria recipere & revocare posse: Per collationem enim in commune vitium non purgatur, sed manet res in ead. causa, ac proin vitio affecta *arg. §. furtiva 2. Inst. de usucap.* ut itaque etiamnum antea data prohibitionis ratio militare videatur. Sed contrarium tñ. decidit *Vlpianus* statuens post factam collationem consistere, adeo ut si ex maleficio acquisita in comune collata sint, comune etiam fiat lucrum illorum bonorum inter socios *d. l. 53. in f.* Cujus ratio decidendi hæc est, quia hæc bona in societate collata atque communicata sunt non tanquam furtiva, aut maleficio affecta, sed ratione atque prætextu societatis generalis omnium bonorum honestè contractæ, quæ ob generalitatem suam in consequentiam etiam confirmat ea, quæ per se facta tolerari haut potuissent, uti notat *Vulgosius & Mudæus ad d. l. 53. cæterum hæc bonorum communicatio eatenus tantum consistit, donec socius auctor nempe delicti (qui bona in commune contulit) Domino fuerit condemnatus ad restitutionem l. quod enim 54. ff. ibid.* Nam hoc



quamprimum factum, reliqui socij tenentur statim restituere, interdum quidem solas res interdum autem etiam partem pænæ *l. si igitur 55. ff. ibid.* Et quidem solas restituere res tenentur semper si sciuerint, siue ignorauerint socium maleficio eas acquisivisse; tum quia ad quem lucrum respicit, ad eum quoque respicere debet incommodum secundum regulam generalem. *in l. 2. §. 10. de hered. & act. vend.* tum quia socio jure condemnato, reliqui consocij se amplius inscitia excusare non possunt, ac proin si restituere detrectant participes fiunt eiusdem delicti. Sola enim ignorantia hæcenus eos à delicto & consequenter ejus pænæ excusat *l. verius 21. ff. de probat. l. hoc autem 6. de admin. tut. Barboslocuplet. l. 9. c. 3. axiom. 12.*

Partem autem pænæ quoque præstare tenentur, si sciuerint tempore collationis à socio res ex delicto esse acquisitas *d. l. 55. ff. pro soc.* idque æquissima ratione: Participatio enim lucri ex delicto venientis trahit in consequentiam quoque participationem pænæ. Ne ex delicto lucrum quis sentiat contra *l. 134. d. R. I. tradit. Wc. Jenb. 2. consil. 63. n. 29.*

*ad l. 7. §. 10  
11. & 12.  
ff. ibid.*

*ad l. 13. &  
71. §. 1. ff.  
ibid.*

23. Altera species societatis, licet non æque ampla atque diffusa sit, quam prior; tamen & universalis societas est, teste *Ulpiano in l. coiri 7. ff. pro soc.* communicatque omnem quæstum, hoc est lucrum ex emtione, venditione, locatione, conductione &c. proveniens *d. l. 7. ibique Mudæus Bicc. in Aur. sect. 4. th. 103.* non autem ex hereditate, legato aut donatione *l. 9. 10. 11. & 12. ff. ibid.* Atque hoc in tantum ut licet addatur, quæstus & lucri causa in tam societatem intelligi debere; tamen non intelligatur aliud lucrum, quam quod ex quæstu venit *l. sed & 13. ff. l. 71. §. 1. ff. ibid.* Licet enim verbum lucri generale sit, & etiam ea complectatur, quæ sine labore nostro & industria obveniunt *arg. l. actionum genera 25. §. actionum 1. ff. de oblig. & act.* tamen si speciebus suis puta quæstus, compendii aut similibus adjicitur, per eas adstringitur, ut ex adjecta specie genus restringi certissimum est *l. ult. §. ult. ff. de trit. vin. ol. leg. cap. generaliter 34. de R. I. l. in toto jure 8. ff. ibid. Thomas de Thomasset in florib. L. L. reg. 132.* Idque hic maximè, quia restrictio illa convenit naturæ societatis quæ nisi specialiter contracta sit, semper intelligitur coita esse universorum bonorum, quæ ex quæstu veniunt *l. coiri 7. ff. ibid.* nemo enim præsumitur tacite suum jactare. velle *l.*

*cum*



*sum de indebito 2. §. vers. qui non solvit. ff. de probat. Mascard. de probat. concl. 554. n. 2. & communicare ea, quæ ex beneficio alieno, aut merito suo singulari sibi acquisivit l. nec adjecit 9. ff. pro soc. ut proin merito dubius & ambiguus sermo referatur ad id quod ex natura rei inest Madaus ad d. l. 7. & contractus intelligatur celebratus secundum frequentiore consuetudinem, quæ in dubiis semper observata præsumitur l. certi conditio 9 §. 8. ff. de rebus credit. Magnif. Dn. Tabor in racem. criminal. p. m. 571. Jonas Euchar. Erhardt de oper. rusticor. p. m. 381. Petr. de Greve Exercit. 3. ad Pandect. n. 20. Germanus Cousinius in partit. receptar. juris utriusq. regular. c. 31. n. 114. De hac specie societatis, ejusque effectu quoad communicationem ita Statut. inclytæ Reip. Patriæ. Werden sich etliche Personen vereinbahrend daß sie alle dasjenige/ so sie mit ihren Gütern Mühe und Arbeit bestes fleisses gewinnen und verdienen können in einen Kasten legen und gemein haben wollen / und sich zuträgt daß dem einen etwas von seinen Verwandten und guten Freunden in ein Testament oder sonst vererbt wird. Solches darff er nicht einbringen viel weniger mit seinen Gesellen theilen / part. 2. tit. 10. art. 7.*

14. Justæ hæreditatis causa initam societatem, hereditatem *ad l. 3. §. 2. ff. ibid.* communicare certum est, sed quæ dicatur, societas justa utrum ea quæ testamento, & ab intestato venit simul, utrum altera harum tantum non nihil dubii habet? Prima fronte enim videri posset, utramque hoc nomine venire, justa si quidem hereditas videtur non alia esse, quam legitima: Legitima dicitur autem tam ea, quæ ex testamento, quam ab intestato venit l. 130. de V. S. Sed contrarium respondet Paulus in l. 3. §. 2. ff. pro soc. probabilius est, inquit, ad legitimam hereditatem pertinere tantum. Quod sine dubio de hereditate ab intestato veniente accipiendum esse docet nota regula, verba in dubio in propriissima significatione accipienda sunt l. non aliter 9. ff. de leg. 3. At legitima hereditas non minus proprie illa dicitur quæ ab intestato defertur sociis à sola lege immediate arg. rubr. Institur. de legit. agnat. success. & tit. ff. de legit. hered. quam tutela, quæ absque ullo hominis facto à lege confertur, eminenter seu per eminentiam legitima appellatur Magnif. Dn. Tabor in aureo libello de Jurispr. method. Diss. 1. th. 26. p. m. 26.



Dicere etiam insuper possumus J Cum respexisse ad vocabulum JUSTA, atque eo distinguere voluisse legitimam à testamentaria, quasi hæc quidem generalius accipi posset etiam de ea, quæ ex testamento defertur, sed si justa tantum de legitima ab intestato. Atque hoc modo justa hereditas dicitur quasi perfecta hereditas, & quæ omni juri conveniens est tam naturali, quam civili, cum ea, quæ ex testamento proveniat calu potius deferatur, & ad extraneos potissimum exclusis proximis consanguineis, hereditatem deferat *l. pen. C. qui testam. fac. poss.* Quemadmodum *Iustinianus* vocabulum hoc & alias, pro eo quod perfectum accipit, atque vocabulo legitimi interdum opponit. *v. l. 1. de testam. l. si uxor 13. ad L. Jul. de adult. l. 5. C. de nupt.*

15. Tandem in societate certæ negotiationis, illa tantum quæ ratione illius negotiationis acquisita sunt communicantur *l. 52. §. 5. & 15. ff. pro soc. conf.* quæ diximus jam *supr. c. 1. th. 11.*

16. Quæri hîc vulgo solet: Si quis pecuniam contulit in societatem, alter operas, an qui contulit pecuniam, recipiat totam pecuniam, seu suam sortem collatam, & nihilominus de lucro æqualiter participet? Negat *gl.* ex sententia Johannis teste *Sichardo ad l. 1. C. ibid. n. 4. Hunn. lib. 3. tract. 7. q. 2. part 6.* tum quia quod in societate est inter socios commune esse debet *l. 52. §. cum duo ff. ibid.* tum quia socius solam præstans operam, nec eam deducit, ut ita nec pecuniæ deductio admittenda videatur, ne in societate unus meliori conditione fruatur, quam alter. Affirmat contra *Petr. de Vbald. de duob. fratrib. part. 4. pr. n. 7. pag. m. 82. Dn. Wissenbach. Dn. Brunnem. ad l. 1. C. pro soc. C. A. l. ibid. th. 25. n. 27. Dn. Struved. exercit. 22. th. 33. Fachin. l. 2. contro. 49. Gail. 2. observ. 24. n. 6. H. Grotius. l. 2. de jur. B. & P. cap. 12. n. 24.* Quæ sententia ut communior, ita & verior esse videtur, cum alias unus semper lucraretur, alter autem semper perderet contra naturam societatis. Nec etiam (ut contrariam foventes sententiam volunt) pecunia eo animo confertur, ut irrevocabiliter communicetur, sive comunis sit sociorum, sed ut negotiatio exerceri possit ad lucrum faciendum, quod deinde commune sit § *de illa 2. Inst. de soc.* Ideoque eo ipso quod de lucro caveatur, ut id commune sit, de Pecunia aliud cautum intelligitur, ne scilicet ipsa sit communis, uti docet *arg. l. sicum dotem 22. in pr. sol. matr. l.*

commo-



commodissimè 10. de liber. & posthum. Andr. Gerh. quest. illustr. ad Instit. exercit. 8. quest. 9. Dn. Perez. in prael. Cod. ad tit. pro soc. n. 9. Petr. de Greve in Exercit. 14. ad Pandect. n. 3. p. m. 340. Quam sententiam etiam sequitur Legislator Hamburgens. in Statuto. d. p. 2. tit. 10. art. 5.

Limitant tamen Dd. cum allegat. Statut. hanc suam sententiam iterum, si operæ partis tam pretiosæ sint, ut ipsam summam seu sortem adæquent. Vid. Nobiliss. ac Consultiss. Dn. Fabritius Consultar. Hasso-Darmstadin. celeberr. Patron. noster Colendiss. in repetition. ad d. observ. 24. Gail. sect. 1. & Wissenbach. d. l.

17. Hinc facile resolvitur & illud, quod si pecuniæ istius jactura facta sit, damnum quoque non participari, sed perire ei tantum, qui contulit, ut Dn. Bachov. ad Treutl. 1. Disp. 27. th. 9. lit. A. Brunnem. in C. C. ad d. l. 1. nisi forte opera longè minoris æstimata fuit, quàm pecuniæ amissio, tum enim & eum, qui operas contulit, partem damni ferre æquum est. Magnif. Dn. Tabor. in not. ad C. A. I. pro soc. th. 25. n. 27.

18. Et hæc de effectu quoad lucra, quod damna attinet, de iis eadem judicanda, quæ de lucro coventa §. 3. Inst. de societ. Contrariorum enim eadem est ratio, ut vulgo dici solet. Vid. latè Barbof. loc. ut l. 3. t. 53. axion. 9. Si autem expressè de eo convenit, sequimur & hîc quod actum est l. 23. in f. de R. I. Si vero non expresse de hoc actum, eadem dicenda veniunt, quæ supra de lucro diximus, lucri enim & damni par ratio esse debet, inquit Carpzov. part. 2. const. 30. def. 38. n. 37. Consentit Statut. Hamburg. d. l. artic. 6.

19. Tenetur proin socius non minus ad ferendum damnum, quam lucrum participandum, quod eleganter exemplo ostendit *ad l. 52. §. 4. ff. ibid.* Ulpianus l. cum duob. 52. §. 4. pro soc. cujus casus forsan talis: Titius, Mævius & Sempronius inierunt societatem negotiationis sagariæ (à sago veste militari, de quâ Vid. Rosin. l. 5. Antiq. Roman. c. 32. p. m. 30. lit. E. Anton. Thysum l. 2. Rom. illustr. p. m. 68. ita dicta negotiatio, quemadmodum ab argento argentaria appellatur, cujus mentio etiam fit in l. 5. §. 15. ff. de tribut. act.) proficiscitur igitur Titius ad merces emendas, in ipso autem itinere in latrones incidit, ipsi omnia auferuntur, serviq; insuper vulnerantur, quærebatur quid dicendum & an damnum omnibus sociis commune? Decidit Ulpianus ex auctoritate Iuliani damnum commune omnino esse debere, tam pecuniæ-



nia, quam rerum cæterarum, quas secum non tulisset socius, nisi ad merces communi nomine comparandas profectus fuisset, hanc addens insuper in sine rationem, quia sicut lucrum, ita & damnum quoque commune esse debet, *d. l. 52. §. 4. in f.* quæ ratio petita est ex æquitate; secundum naturam enim est, commodum cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda *l. 10. ff. de R. I.* quæ regula & Jctis in aliis causis valde familiaris *v. §. 3. I. de empt. vend. l. 73. ff. de R. I. l. 1. ff. de b. p.*

20. Alia adhuc exempla damni præstandi ex interitu rei in societatem vel destinatæ vel collatæ exhibet idem Ulpianus *in l. si quid 58. in pr. & §. 1. ff. pro soc.*

*ad l. 58. pr.  
ff. ibid.*

Cujus principij casus ad meliorem legis sensum consequendum ita formari potest: Titius habens unum equum, & Mævius tres, societatem vendendæ quadrigæ inierunt, quid autem sit, moritur ante venditionem Titij unicus equus, quæritur jam an damnum ejus, morte hujus equi obveniens, ambo ferre debeât an solus Titius Dominus equi? Nec putare se Celsus inquit hoc casu communicari inter eos damnum, nec manere in posterum societatem: Non enim contracta est societas habendæ quadrigæ, sed vendendæ causa, quapropter nec societas ante dici potest, quam venditi sunt equi, sed manet Dominus quilibet equorum suorum, ut ideo dubium quoque non sit juxta notissimam juris regulam Domino suo perire. Aliter tamen longè se haberet, si habendæ quadrigæ societas inita esset, tum enim statim dominium equorum communicatur, ita ut in posterum, non ut singula considerentur corpora, sed velut unum corpus, in quo unam partem Titius, Mævius autem tres habeat *Mudæus ad l. 58 in pr. ibid.* ac ita per consequentiam Titius damni unam partem, Mævius autem tres sentiat.

*ad l. 58.  
§. 1.*

Quod ad §. 1. *ibid.* ejus casus hic esto: Contulerunt Titius Mævius ac Sempronius certam pecuniæ summam ad merces emendas, Titij autem pecunia tota periit, quæritur cui perierit an omnibus tribus, an soli Titio? Ulpianus Celsum secutus distinctione propositam resolvit quæstionem, ut scil. post collationem pecunia pereat omnibus tribus, ante collationem autem soli Titio; hancque suam decisionem exemplo amplificat ejus, cui profecto ad emendas merces societatis nomine in itinere omnis pecunia ablata est, hunc e-

nima



nim non solum damnum ferre, sed ad omnes socios redundare patet ex d. l. 8. §. 4. licet ipsi soli quoque periisset, si nondum revera societati contulisset pecuniam, sed solummodo destinasset. Unde videmus non omnimodo & semper procedere destinatum haberi profecto aut perfecto, ut quidam concludunt ex l. cetera 41. §. 5. §. sed si legaverit 14. de leg. 1. l. 77. §. coepisse 3. de pollicit vid. Dn. Tabor. ratem crim. ad l. 3 ff. de furt. p. m. 301.

22. Porro etiam communicandæ veniunt impensæ communi societatis nomine factæ. Si quid enim socius necessario impendit de suo in societatem, æquum est ut pro rata parte ipsi restituatur l. pro socio 38. §. 1. ff. pro soc. Dn. Carpzov. Iurispr. Forens. Sax. part. 3. const. 15. def. 47. n. 1. Cujus generis sunt impensæ in refectionem ædium communium factæ, has enim si socius præstare cessat, consocius actio pro socio petere potest l. cum duo 52. §. 10. ff. ibid. Item impensæ viaticorum, meritorum, stabalorum, jumentorum, carrulorum, vel sarcinorum suorum gratia factæ l. cum duobus 52. §. 8. ff. ibid. Petr. de Vbald d. l. c. 5. n. 2.

23. Ejusdem generis an impensæ quoque essent adhibitæ à socio in curatione vulnerum propter societatem acceptorum inter ipsos Jctos certatum est. *Labeo* enim negabat communicandum hoc casu damnum, quia non in societatem, licet propter societatem impensum sit, hancq; suam sententiam confirmat alio simili exemplo: similiter enim, inquit, non communicatur hereditas, relictum legatum, quamvis propter societatem heres Titius institutus sit l. socium 60. §. 2. ff. pro soc. Contra *Iulianus* voluit damnum hujusmodi personæ propter societatem datum communicari l. seq. 61. cujus & sententia meritò prævaluit. Nam Titius hoc casu impendit non tantum occasione societatis impensas, sed etiam in causam societatis: Ponendum enim est vulneratum eum esse ob resistantiam factam servis communibus in fugam erumpentibus, uti bene monet *Faber* ibid. Longe autem aliter se habet res cum eo cui hereditas relicta, aut quid donatum propter societatem: Hic enim donatio aut institutio ideo consociis emolumento esse nequit, quia socius non ideò fuit hæres institutus, aut aliquid ei donatum, ut societati acquireret, sed ut is solus acciperet, & si quid damni ex societate sentiret haberet unde resarcire posset. arg. l. 64. §. 5. sol. matrim. l. 59. ad Sc. Trebell.

F

25. Nec





25. Nec omittenda videtur alia hęc quęstio, quę perdifficilis, & tam antiquorum quam recentiorum Dd. semper ingenia torfit, teste *Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 6. tit. 20. n. 1.*

Q: An scilicet societati imputandum, quod pater filię in dotem dederit, aut filio in subsidium studiorum, vel ad honores consequendos Doctoris aut Licentiati miserit? Negat *Zoes. in Comment. ad tit. pro soc. n. 45. Speculator* (qui Antesignanus in hac sententia a *Baptista Hieronymis* dictus citando mox loco) *Soc. 3. Consil. 46. Mudau ad l. 73. §. 1. pro soc. n. 3. Affirmat Fachin. lib. 8. Controv. c. 4. Distinguit Gabriell. 3. Comm. opin. de jur. dot. concl. 2.* ut quidem de communi dotanda sit filia, distracta tamen societate dos patri imputanda veniat, sed videtur potius distinguendum esse inter societatem omnium bonorum specialiter contractam, & alias societatum species. Cum enim in illa omnia lucra quacunq; etiam ex causa veniant, communicanda sint, non iniquum etiam videri potest, omnia onera quacunq; ex causa pariter ut communicentur: In cęteris autem speciebus, cum illa tantum communicanda veniant, quę ex quęstu proveniunt & societatem ipsam respiciunt, hinc & tales impenlas planę speciales, neque societatem respicientes nec communicandas esse ipsa æquitas exigit. *Vid. pro hęc etiam sententia nobiscum pugnantes Dn. Hahn. in Observ. ad Wesenb. Parat. ad tit. pro soc. n. 4. Treutl. 1. Disp. 27. th. 8. lit. H. ibiq; Bachov. in Not. Menoch. 2. arbitr. cas. 127. c. 3. C. A. I. in tit. pro soc. th. 9. Rol. ind. à Valle 1. Consil. 91. Alexandr. volum. 5. Consil. 20. Wissenbach 1. Disp. 32. th. 24, Bocer. 1. cl. 2. Disp. 5. th. 20. Struve exerc. 22. th. 27. Mantic. cit. supr. loc. Baptista de Hieronymis in Consil. addito tractat. Mozzij de contract. n. 2. & novissimę Petr. de Greve Exercit. 14. ad Pandect. n. 2. p. 338.* Nec obstat, quam dissentientes pro sua sententia stabilienda adducere solent *l. si societatem 73. §. 1. ff. pro soc.* ex qua concludunt, quia ibi specialiter id actum fuit, ut quę in honorem alterius liberorum erogata sunt, imputentur, proinde extra illum casum, quando sc. non interveniat pactum haut admittendum esse: Cum specialis dispositio in uno casu non tribuat facultatem in omnibus, sed potius faciat, quod in cęteris casibus jus commune sit in contrarium, per tradita *Corn. 2. consil. 81. n. 9.*

*ad l. 73. §. 1.  
ff. ibid.*

Siquidem pactum illud non est ampliativum, sed declarativum.



vum, facitque ut intelligatur contractam esse societatem omnium bonorum specialiter, quo tantum excludere vult Ictus cæteras societatum species, præsertim universorum bonorum simpliciter contractam, ac docere in iis non similiter observari *vid. Bachov. ad Treutl. d. l.* Nec dein nostram in fringere sententiam cupit *l. socius § 1.* (ex cuius iniqua interpretatione omne ortum fuisse dubium scribit *Mantic. d. l. n. 1.*) *ff. pro soc.* Nam primùm dubitant multi an in hâc lege etiam agatur de societate universorum bonorum specialiter contracta *vid. Bachov. d. l.* Et licet maxime hoc cum *gl.* admittamus, dicimus tamen nihil obstare, prout in conflictu, si occasio dabitur, ostendemus.

*ad l. § 1. ff. ibid.*

Nec juvat contrariam opinionem tertio, (quod potissimum urget, quo ad primam quæst. partem dissentiens *Petr. de Vbald. c. 5. n. 9. in m.*) Quod res alienum contractum non occasione societatis sit solvendum de proprio, non autem communi; filiis autem sumtus ad studia suppeditare, & filias dotare, non fieri occasione societatis, cum parentum sit liberos alere *l. si quis. §. ff. de agnosc. & alend. lib. l. pen. & ult. in f. C. ibid.* & filias dotare *l. fin. C. de dot. promiss.* Id enim procedit quidem in aliis societatum speciebus, non autem in universorum bonorum *arg. l. cum duobus § 2. ff. pro soc.* specialiter contracta, de quâ sola nos loquimur;

Nec movet quarto quod si hoc admitteretur, maxima oriretur facilè in æqualitas, quæ tamen omni studio cavenda, cum societas, jus quoddam fraternitatis sit *l. verum § 3 in pr. ff. ibid.* Nam quid, inquit, si alter sociorum nomine Titius habet duos filios studiis aptos, tresque simul filias elocandas; alter autem Mævius vel unicam tantum filiam, vel nullam nonne sit summa Mævio injuria, si ex communione, Titij filia, omnes elocandæ sunt? Respondeo enim primò hoc esse eventuale tantum damnum, potuisset enim & filias plures gignere Mævius, quæ autem patimur talia damna, ex iis non intelligimur læsi *l. de fideicommissis 2. C. de transact. l. si pater 1 2. C. de in off. testam.* cum ex casu & fortuna citra ullam alterius culpam proveniat. *Barbos. locuplet. l. §. c. 19. axiom. §.* Deinde licet etiam adsit inæqualitas quædam, tamen & eam in hâc societate non adeò rigerosè, quoniam & inæqualis permittitur collatio, observandam censemus cum *Nobilis. Icto Georg. Franzke in*





*Comment. ff. ad tit. pro soc. n. 19. & Paulo Fusco de singular. in Iur. Civil. & Pontific. occurrent. quest. lit. S. n. 45. potest enim & Titio longe amplior contingere hereditas, plura legata, pinguiore donationes quæ tamen communicare tenetur omnia. arg. l. ea verò. 3. §. 1. ff. ibid. cur ergo & contrariorum id est incommodorum, secundum vulgata non debet eadem esse ratio?*

26. Pertinet adhuc ad effectum quoad incommoda, quod omnes socii obligati sint ob æs alienum in societatis causam creditum *l. omne æs 22. l. jure societatis 82. ff. pro soc. Mozz. de natur. societ. n. 19. Wissenbach. 1. Disp. 32. th. 26. Si nempe contractum est consistente adhuc societate, nam si ea dissoluta, contraheret unus sociorum, non tenentur amplius hoc nomine cæteri, quod eleganter exprimit Statut. Hamburgens. Reip. ibi: Was die Mascoyen belanget / so einer von den Mascoyen Gesellen contrahiret dafür müssen auch die andern so weit sich ihre Mascoyen erstreckt gehalten seyen. Was aber aufferhalb der Mascoyen / oder wann die ihre Endschafft erreicht hat von den einen gehandelt / darzu darff der andre nicht antworten und mag ein jeder der hier durch schaden empfindet sich selbst bemessen / daß Er der Personen Gelegenheit und Zustand / damit Er den Contract geschlossen nicht besser nachgefraget hat. part. 2. tit. 10. art. 8.*

27. Sed an obligantur socii omnes pro virili seu pro rata portione an in solidum? Pro rata portione obligatos esse cum *Magnif. Dn. Tabor. d. l. Mozz. de societ. col. 4. num. 19. Gail. 2. Observ. 24. num. 9. Dn. Struve exerc. 22. th. 24. statuimus. Dissentit Dominus Carpozov. d. defn. 12. ubi ait socios semper in solidum esse obligatos, itemque Wissenbach. 1. Disp. 32. th. 26. qui generaliter tradit: Eum qui negotiatur reliquorum quasi institorem esse per l. 1. §. ult. & LL. seqq. de Exercit. action. Verum textus non omni socio contrahenti applicari posse ex in patet, cum socius etiam proprio nomine possit contrahere, uti mox audiemus. Conf. Mozz. d. l. in f. ad l. 28. & in primis Hector Felic. de societ. c. 30. ubi disting. utrum unus ex sociis contrahat an omnes: Priori casu contrahit vel proprio nomine, & tum solus obligatur non etiam cæteri socii *l. si socii 28. & l. jure societatis 82. ff. pro soc.* Quod si contrahat nomine communi, respiciendum esse ait an negotium ex forma initæ societatis spectet ad societatem, nec ne. Ut hoc casu etiam solus contrahens obligetur:*

getur:



getur creditori, non etiam ceteri socij: Illo autem ceteri etiam obligentur, quia quatenus negotium societatis forma continetur, eatenus socii invicem mandatum vel potius auctoritatem contulisse videantur n. 8. Idque maximè procedere ait n. 15. si socius contrahens societati tanquam Institor sit præpositus, tum enim singulos, non obligari saltem pro rata n. 32. Denique ultimo casu si socij omnes simul contrahant omnes quidem obligari, sed etiam tantum pro rata arg. l. si tamen plures 4. ibi: proportionibus de exercit. act.

28. Denique tenetur etiam socius reddere rationem de gestis & administratis per se l. quedam 9. ff. de edend. Petr. de Vbald. d. l. part. 12. n. 12. & quidem quodocumque secundum Treutl. Diss. 27. th. 10. lit. A. quod tamen exaudiendum putamus, si graves adsint causæ, atque sic conciliandi autores à Treutl. alias dissentientes quemadmodum distinguere eleganter videmus Statut. inclytæ nostræ Reip. Patrie cujus verba merentur adscribi. ibi: Nach geendigter Mascopey soll der eine Gesell dem andern eine beständige auffrichtige Rechnung vermittelst eines rechtmässigen Kaufmansbuch und Inventarii: oder auch da es die Umstände und Gelegenheit der Sachen erfodern wird seines leiblichen Ends zu thun schuldig seyn. Wiewol aus erheblichen vorfallenden Uhrsachen auch in wehrender Mascopey solche Rechnung kan gefodert werden / part. 2. tit. 10. artic. 12.

29. Restat hoc capite pauca de effectu orto ut addamus, qui est actio, quæ dicitur pro socio à clausula seu formula, agendi in l. 65 §. 13. ff. pro soc. sic descripta, quod pro socio communiter gestum est, ut inquit Magnus Cujacius (de quo verè Jacob. Gothofr. jurisprudentiam latericiam auream fecit in Histor. juris c. 9. p. m. 28. alludens, sine dubio ad illud quod de Augusto refert Xiphilinus in Epir. Dion p. m. 28. Sueton. in August. c. 28.) in Paulo ad l. 9. de dol. mali & met. except. quæ ut in cæteris contractibus non est duplex, sed cuilibet sociorum directa competit §. ex quibusdam 2. Instit. de pen. tem. lit. Magnif. Dn Canc. Tabor in sil. Ariadn. ff. tab. 3. cum omnium par sit obligatio idemque officium d. l. 65. Cujac. in Parat. ibid. C. A. l. th. 27. n. 4. ibid. Teutl. 1. Diss. 27. th. 12. A.

Effectus  
ortus.

30. Datur autem hæc adversus socium ad hoc ut res societatis cum commodis communicet, atque dividat. Conf. Wesenb. d. n.



*Cui datur actio pro socio.* 12. Datur itaque cuilibet sociorum contra consocios eorumque heredes ad participandum lucrum *l. verum 63. §. in heredem ff. ibid.* non autem ad continuandam societatem. Tale pactum enim initio constitutum nec valere supra ostendimus; nisi negotium à defuncto fuerit jam inchoatum, illud enim ab herede absolvi debet *l. heres socii 40. ff. ibid.* Consentit *Statut. Hamburgens. d. tit. 10. art. 9. in f.*

*Contra quem datur.* 31. Et quidem datur non solum contra socios ipsos eorumque heredes *l. 35. & 16. ff. ibid.* *Mozz. col. 6. de soc. n. ult.* sed & quorum iussu, aut quorum intuitu societas inita est *l. ult. ff. ibid.* Atque idè si servus societatem coierit, quia hoc fit respectu Domini, cum servus per se nullam habeat potestatem contrahendæ societatis, cum Domino ejus directo agi potest *d. l. ult.* Qui autem si alienavit servum, societas interrupta videtur, & de integro alia cum novo Domino inchoata ut inquit *Vlpianus in d. l. 58. §. ult.* ideoque tam adversus veterem Dominum datur actio ex his causis, quæ ante alienationem inciderunt, ex reliquis verò adversus emptorem seu novum Dominum. Si cum filio, adversus patrem ejusdem competit hæc eadem actio, vid. omnino *d. l. 58. C. A. I. th. 23. & 24.* ubi porro latius docet quibus & contra quos hæc actio detur.

*Ad quid datur?* 32. Competit autem ad communicanda lucra & damna, quæ horum autem & quomodo communicanda sunt, jam supra exposuimus *c. 6. th. 3. & multis seqq.* Videbimus itaque jam quid in hoc contractu præstandum veniat an dolus an culpa lata, an levis, an etiam casus fortuitus? Quod dolum attinet, constat inter omnes præstandum esse in omnibus judiciis *l. contractus quidam 23. de R. I. Petr. Bellojus l. 2. var. jur. civil. cap. 9. p. ml 73.* præsertim igitur in societate *l. 3. §. ult. l. 45. vers. sed & ff. pro soc.* requiritur enim in ea bona fides in summo gradu, ut inquit *Baldus. confer l. cum duobus 2. §. 1. ff. ibid.* cui contraria est fraus atque dolus *d. l. 3. §. ult. ibid.* De culpa autem & quæ præstanda sit hoc iudicio dubitatum fuisse videtur inter ipsos Ictos ut apparet ex *d. l. 52. §. 2. in f. ibid.* & apertè etiam indicat Imperator in *§. 9. Inst. ibid.* Existimabant enim quidam dolum duntaxat præstandum esse, & quæ ei proxima latam culpam. Non vero levem, his forsan moti rationibus: Quia res communis videtur quasi nostra esse, at in re nostra nulla præstatetur culpa, cum liceat cuilibet

*ad § 9. Inst. l. 52. §. 2. l. 72. ff. ibid.*



cuiuslibet in re sua negligentem agere *l. 18. §. 1. solut. matrim. l. 31. §. penult. de perit. hered. l. 21. C. mand.* Deinde qui negligentem socium assumptum, de se queri & sibi imputari debet, quod socium parum diligentem elegerit, quam rationem attingere videtur ipse quoque *Paulus in l. 25. §. non tantum. 16. famil. hercisc.* & nominatim exprimit *Cajus in l. 72. pro soc.* Ipseque Imperator in *§. ult. Instit. eod.* Quæ ratio, cum & in deposito adferatur & quidem ad probandum, ut in eo dolus duntaxat lataque culpa præstanda sit *l. 1. §. 5. de oblig. & act. §. præterea & is 3. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* merito in societate ad idem probandum sufficere videtur, cum ubi eadem ratio, ibi etiam idem jus esse debeat *l. illud 32. ff. ad L. Aquil. l. quedam 9. §. numularios. 2. de edend. Magnif. Dn. Tabor tractat. de suffragio pericop. 5. th. 18.*

33. Alii tamen rectius putarunt, non solum dolum <sup>ad l. 52. §.</sup> tamque culpam, sed etiam levem præstandam venire, quam sententiam manifestè probant *l. 25. & seqq. l. 52. §. 2. ff. per soc. §. 9. 1. ibid. Dn. Carpzov. part. 2. Const. 26. Defin. 12. n. 6.* idque non sine ratione. Nam (1.) in societate utriusque contrahentis versatur utilitas, ideoque & secundam regulam generalem. Vid. *l. sicut 5. §. 2. ff. commod. Dn. Tabor in partit. Element. p. m. 288. th. 4. Falkner. in dissert. ad l. 13. de R. I. th. 8.* dolus & levis culpa præstanda venit. Deinde accedit quod Imperator in *d. §. ult.* societatem à deposito separet inquiring plus in eam venire, quam in deposito. Necessario itaque exin sequitur, quod culpa levis veniat, cum & in deposito dolus & culpa lata præstanda sit *§. 3. Instit. quib. mod. re contrah. obl. l. 32. ff. depos. l. 1. C. eod.* Tertia insuper ratio etiam peti potest ex *d. l. 72. pro soc.* quoniam enim in ea levissima tantum culpa excipitur, omnino & dolum & latam culpam præstandam esse sequitur, per doctrinam *Barbos. locuplet. l. 5. tit. 23. axiom. 24. Conf. Hector. Felicium de societate. c. 21. & 23.* ubi simul exponit quanam deducenda & probanda sint ut culpa noceat.

34. Nec movent rationes dubitandi antea propositæ. Nam ad primam respondeo negando, quod res communis planè possit dici propria, siquidem pro parte revera aliena est, ideoque nec pro nostro lubitu cum ea agere possumus, cuique enim sua non alterius debet nocere culpa. *l. hereditatem 22. ff. de neg. gest. l. ex duobus 27. ibid.* Hinc *Cujac. ad pr. C. pro soc.* inquit: in re quæ in solidum mea est,





est, possum omnino esse negligens, at in re quæ tantum ex parte mea, ut in caula societatis, possum esse, negligens aliquatenus tantum non omnimodo.

Quod ad secundam attinet non videtur quicquam facere paritas rationis: Culpa enim non uno modo in judiciis consideratur, sed in aliis strictius, in aliis autem remissius, quemadmodum de dolo malo dicitur in *l. si servus 61. §. circa commodatum de furt.* quæ itaque in societate culpa levis, in depositario est lata *Vid. Maderum ad d. l. 72. n. 1.* Conf. *Dn. Hahn. in Observat. ad Wesenb. parat. in tit. de depos. n. 14.* *Franzke exerc. 9. quest. 19.* Unde nec firmum argumentum à deposito ad societatem quoad culpam duci posse, jam olim notavit *Aequinarius Baro ad d. §. ult. de societ. add. Franzk. in Com. ff. ad tit. de pos. n. 81. & seqq.* ubi & respondet ad *l. 33. de pos.*

35. Non tamen præstandæ venit levissima culpa *Vid. Dn. Carpzov. ibique allegata d. de fin. 12. n. 8.* Versamur enim in contractu ejusmodi, qui omnium contrahentium (uti jam modo dictum) utilitatem in se continet, in quo autem levissimam culpam non præstari manifestum est *ex d. l. 5. §. 2. ff. commod.* qua enim fronte diligentissimam & exactissimam diligentiam ab adversario desideraret is, cujus gratia contractus simul celebratus est? *Faber in rational. ad l. 5. §. 2. commod.* Multo itaque minus casus fortuitus, cum nec is in aliis b. f. judiciis imputetur *l. 23. de R. I. l. qui fortuitis 6. C. de pignor. c. fin. & ibi gl. X. de homicid. Gadd. 1. consil. Marpurgens. 24. n. 252. Bald. 4. Conf. 493.* nisi tamen dolus aut culpa casum fortuitum præcesserit tum enim culpæ tribuitur *l. 5. §. 4. ff. commod. l. cum duob. 52. §. 3. ff. pro soc. Barbof. locuplet. lib. 3. c. 10. axiom. 3.* Ut hoc eleganter additis exemplis ostendit Ulpianus pecudis scil. vel latrocinio aut incendio peremptæ vel factæ surreptæ *d. l. 52. §. 3. ff. pro soc.* Quibus duobus prioribus casibus socius cui pecoris custodia est, non præstat interitum ejus latrocinio, aut incendio factum, quia damnum illud fatale nulla socij culpa præcessit, cum adversus vim nulla custodia esse putetur *l. quæ fortuito de pignor. & argument. c. de illis 9 X. de sponsal. impubl. cap. 1. X. de iis quæ vi l. 2. de administr. rer. comm.* At posteriori casu præstat socius omnino damnum, quia culpa ejus præcessit se damnum videtur, negligens scilicet custodia, custodiam enim præstare debuilset inquit *Jctus ibid. fur-*

ad l. 52. §.  
3 ff. ibid.



furtum siquidem plerumque fit culpa seu negligentia possessorum unde nec optimo ac diligenti patrifamilias fieri inquit *Cujac. in re- cit. C. ad l. pen. de furt. p. m. 641. C. & in Papin. l. 8. qq. ad l. 17. §. Papinia- nus de P. V. nec casibus fortuitis, veluti latrocinium, aut incendium- adscribitur, sed poti<sup>9</sup> culpæ arg. l. 22. de pignor. act. licet etiam accide- re posse non diffiteamur furta; quæ vix ulla diligentia evitare pos- sumus vid. *Magnif. Dn. Cancell. Tabor racem. crim. 3. th. 17. pag. m. 100.**

36. Notandum porro, quod licet ex levi culpa obligetur socius d. §. ult. *Inst. pro soc. & teneatur ad omne quod interest l. 74. ff. ibid.* regulariter tamen tantum in id condemnari quod facere *ad l. 63. pr. potest §. 40. vers. item si socius Instit. de action. l. verum est 63. ff. pro soc. ff. ibid. Petr. de Greve in Exercit. 14. ad Pandect. n. 5. h. e. quatenus faculta- tes ejus patiuntur, ut indicat gloriosissimus noster Imperator in §. I- tem 27. Instit. de action. aut ut apertius declarant Pomponius ac Paulus, est extorsio non totius quod habet reus conventus, sed eatenus tantum, ut ipsi aliquid efficiens relinquatur, ne egeat in l. 19. in f. & l. 30. de re judic. Rationem addit statim *Vlpianus* cum inquit: So- cietas enim quodammodo jus fraternitatis, in se continet, & arctam animorum conjunctionem requirit, cui iniquum videtur facultati- bus omnibus planè exuere consocium. *Dn. Perez. in Erotem. Instit. ad d. t. quest. 5.**

37. Non ignobilis hic incidit questio, an hoc beneficio gaudeant omnes socii tam omnium bonorum, quam certæ alicu- *ad l. 16. ff. de re jud. ius rei? Dubii in qua videntur inter se ipsi Dd, vid. Dn. Wissenbach. §. l. 63. in 1. Disp. 33. coroll. 2. Videtur autem distinguendum esse inter initium pr. ff. pro & progressum, ut quidem ab initio ex sententia Proculianorum, lo- soc. cum tantum habuerit inter socios omnium bonorum l. 16. de re jud. postea autem quoque productum sit ex sententia Sabinianorum ad socium unius rei l. 63. in pr. ff. pro soc. quoniam scilicet videbant eandem & hic rationem militare scilicet jus fraternitatis, quæ in u- niversali. Atq; ita hi duo textus conciliandi videntur ne *Vlpianus* sibi ipsi contradicere præsumatur.*

38. Gaudent autem laudato beneficio soli socii, neque ex- *ad d. l. 63. tenditur ad Dominum, neque ad Patrem, neque ad hæredes socii l. §. 1. & 2. 24. l. 25. l. 41. in f. de re judic. est enim beneficium hoc personale & cum persona extinguitur l. maritus 54. cum seqq. sol. marrim. l. privile- gia 196. l. in omnibus 68. de R. I. Barbof. locuplet. lib. 14. axiom. 1. Excipi- tur*



tar tamen una persona, in qua hoc beneficium extenditur, nimirum defensor socii *d.l. 63. §. 1.* idque ob hanc causam, quod defensor litem sustineat, non ex sua propria persona, quemadmodum fidei iussor, sed ex capite & persona ejus quem defendit, ut ex merito non debeat in plus gravari, quam is quem defendit excepta satisfactione *l. sed & haec persona 35. §. defendere 3. de procurat.* Defendere siquidem nihil aliud est, quam eandem vicem subire quam reus subiturus esset *l. minor 51. ff. de procurat. ibique Wesenb. in parat. n. 11.* Unde etiam postea porro *Ulpianus* concludit; si fidei iussor quasi defensor socii iudicium hoc suscipiat, quod tum & ipsi hoc beneficium profit. Subit enim tum iudicium non ex propria persona, sed ex socii, similiter ut alius quis defensor.

*ad l. 68. ff. ibid.*

39. Possunt & dari casus, quibus seipse socius hoc privilegio indignos reddit: si enim dolo erogaverit bona sua in fraudem futurae actionis, quo minus facere posset in solidum condemnatur: Iniquum enim est quempiam ob dolum suum relevare *l. 63. §. 7. ff. ibid.* cum is impunitus nunquam esse debeat *l. non ex dolo 12. ff. de dol. mal. l. 3. de transact. l. is qui dolo 69. ff. de R. V.*

*ad l. 67. §. ult. ff. ibid.*

Item si se socium esse inficiatus fuerit hoc beneficio non gaudet *l. 67. §. ult. ff. pro soc.* idque exemplo multorum aliorum inficiantium vid. *Magnif. Dn. Tabor in racemat. crimin. ad l. inficiendo 69. ff. de furto p. m. 252. & in anal. ad Barbos. locupl. l. 11. c. 22. ax. 5.* Mendacia enim jura nostra sanctissima detestantur, & nunquam non puniuntur *l. 1. fin. ff. de R. V. & l. qui servum 20. §. in jure 1. ff. de interrog.* Aut beneficio suo renunciaverit vid. *Gomez. decision. singular. 14. n. 3.*

40. Quod ad tempus attinet, competit haec actio, regulariter soluta demum societate *l. 5. C. eod. Mozz. col. 6. de soc. n. 2. Treutl. 1. Disp. 27. th. ult. lit. D.* nonnunquam tamen etiam necessarium videtur, ut manente seu durante etiamnum societate hoc eodem agatur iudicio, puta, quando petatur, socius quod solus accepit in commune conferat *l. 65. §. 10. ff. pro soc.* Confer *Wissenbach in Com. C. ad d. l. 5.*

41. Ultimo loco hoc capite adhuc notandum quod haec actio infamet *l. 1. ff. de his qui not. infam. §. ex quibus 2. Inst. de poen. tem. litigant. Bocer. d. c. 2. Disp. 5. th. 55. lit. D. Mudeus ad l. 35. n. 5. & l. 52. §. 1. n. 2. ff. pro soc.* Nam qui socium fefellit eum in virorum bonorum numero Romani putarunt habere non oportere; Quomodo enim hinc fidem postea servaret? *Cicero in Orat. pro Sext. Rosc. Amer. p. m. 42. lit. C.*

lit. C.



Et. C. Quod graviter quoque *Magnificus ac Nobilissimus Senatus Hamburg.* in Statut. suo exprimit, d. tit. 10. art. ult.

42. An vero sufficiat ut hoc iudicio condemnatus infamis fiat, sola condemnatio, an vero requiratur ut doli nomine disertè condemnetur. Vid. apud *Magnif. Dn. Cancell. Taborem in Disput. Wesenb. 10 quest. 7.* ubi elegantissimè hanc quæstionem pertractat.

CAP. VII.

De Contrariis & affinibus.

I.

Vidimus hæctenus quibus modis societas contrahatur quinam eam contrahere possint, quisque contractæ effectus, considerandum itaque adhuc venit, quibus modis ea iterum dissolvatur. *arg. pr. Inst. quib. mod. jus pat. solv.*

2. Quos ipsos modos cum omnium accuratissimè accuratissimus *Ulpianus* in d. l. 63. §. 10. ff. *ibid.* recenset, cum ait: solvitur societas vel ex personis, vel ex rebus, vel ex voluntate, vel ex actione, eum & nos sequamur. *Contrarius*

3. Quod ad personas attinet solvitur societas tam earum morte naturali, quam civili l. 63. §. 10. h. t. *Bicc. in aur. d. sect. 4. th. 105.* n. 1. *ad s. 5. Inst. l. 4. 36. 40. & 63. ff. in bid.*

Morte naturali & quidem non tantum omnium sociorum, sed etiam unius l. 4. §. ult. d. l. 63. pro soc. *Anton-Gomez 2. var. cap. 5. n. 6. Seraphin. de privileg. juram. privileg. 57. n. 1.* quod intelligendum non tantum quoad hæredem socii defuncti, ut ratione ejus solvatur societas, de eo enim nullum est dubium, cum nec ab initio pacisci possint socii, quod heres succedat, licet quæ à defuncto incepta perficere teneatur l. & acti 36. l. hæres 40. ff. *ibid. consentit Statut. Hamburg. part. 3. tit. 10. art. 9.* quemadmodum supra dicere prævertimus ad l. 35. cap. 5. th. 25.

Sed etiam respectu sociorum superstitem, ut scilicet morte unius socii tota solvatur societas etiam respectu cæterorum sociorum adhuc superstitem §. solvitur 5. *Inst. de societ. Boer. d. cl. 2. Disp. 5. th. 4. Consentit Statut. ampliff. Reip. patrie cit. loc. d. art. 9.* Nisi expressè inter se convenerint socii, ut uno eorum mortuo nihilominus maneat societas inter superstites l. actione 65. §. 9. ff. *ibid. Mantic. ad l. 37. ff. de ratit. & ambig. convent. lib. 6. tit. 25. n. 18.* Aut postea nova voluntas *ibid.*

G 2

tas



tas sociorum superstitum atque hæredum interveniat: Nam licet hæc nova voluntas non confirmet veterem societatem, utpote jam morte extinctam, tamen novam constituit, facitque ut quod ab uno postea gestum fuerit, id propter novam hanc societatis conventionem deducatur in actionem pro socio, uti asserit Pompon. in l. plane 37. ff. pro soc. Aut societas publica sit, uti supra diximus pag. 29.

ad l. 65. §.  
12. ff. ibid.

4. Morte civili solvitur societas capitis diminutione maxima & media l. 4. ff. pro soc. qua utraque homines civiliter interire dicuntur in l. 4. §. ult. l. 63. §. ult. vers. intereunt l. 65. §. 12. ibid. l. 1. §. pen. ff. de honor. poss. contr. tabb. Nam si socius patitur capitis diminutionem Maximam, quod fit, si in servitutem redigatur, aut morte condemnetur, nihil potest amplius in bonis habere: Hoc enim casu bona ipsius omnia publicantur l. de bon. damnat. l. eius. 8. §. si cui 1. de testam. vel novissimo jure hæredibus proximis assignantur, Nov. 17. cap. 12. & Nov. 134. c. ult. Illo autem casu omnia Domino acquiruntur: Nec quicquam enim servus habere potest. ut suum §. irem vobis, 3. Inst. per quas person. cuiq; acquitur. cum pro nullo habeatur l. quod attinet 23. ff. de R. I. Magnif. Dn. Tabor part. Element. part. 1. sect. 1. th. 14. inf. Si vero mediam (quod fit si in insulam deportatus vid. omnino §. 2. Inst. de capit. dimin.) quis passus est, non minus omnia bona publicantur; Nam si pars tantum publicaretur maneret societas l. 65. §. 12. ff. pro soc. §. 7. Inst. ibid.

ad l. 58. §.  
2. ff. ibid.

5. Non tamen eundem effectum habet capitis diminutio minima, quæ fit familiæ mutatione v. §. 3. Inst. de cap. dimin. per eam enim non dirimitur societas l. 58. §. 2. l. 65. §. 11. pro soc. Itaque si filius familias emancipetur, si pater familias arrogetur, nihilominus manet, quemadmodum ante emancipationem aut arrogationem per alleg. text. & Mantic. d. l. n. 8. & 9. nec in abrogatorem transit, ne alioqui alter sociorum in vitus efficiatur consocius arrogatori d. l. 65. §. 11. quamvis cum emolumento aliter fieri non possit, quin id ad arrogatorem pertineat.

6. Ex rebus dissolvitur eadē, earum interitu l. 61. §. ult. ff. pro soc. Intereunt a. retribus potissimum modis: Primū natura & naturaliter, cum res quarum contemplatione societas inita est, omnino in rerum natura esse desierint, vel sint extinctæ l. 58. pr. l. 63. §. ult. vers. res verò ff. ibid. veluti si cum tu haberes tres equos, ego unum, convenitque inter nos, ut communem quadrigam conficeremus



ac venderemus, quam primum horum equorum unus interiit, definit esse quadriga, quâ consociati eramus, ac per consequens definit etiam societas *l. 58. in pr. ibid.* Impossibile enim est nos socios amplius esse posse ejus rei, quæ in rerum natura non invenitur.

Deinde interire etiam res dicitur mutatione conditionis, cum res seu bona unius socij pristinam suam conditionem mutant, quod fit vel consecratione bonorum *d. l. 63. §. ult. ff. ibid.* quorum causa societas contracta est ut cum prædium aut insula Deo consecrata atque ita usu atque commercio hominum exempta est. Vel etiam publicatione *d. §. ult.* non quidem ob delictum socij, uti rectè monet *Mudæus ibid. n. 1.* sed cum absque delicto socij res seu bona ex alia justa causa adimuntur autoritate publica v. g. quando usus publico servantur *juxta l. 15. §. I. de R. V. l. si fundus locat. conduct. l. Lucius de evict.*

Tertio res quoque perit distractione bonorum à creditoribus facta per cessionem, cum scilicet sociorum quis, quia solvendo non est, bona sua cedit *l. 65. §. 1. ff. pro soc. §. item 8. ibid.* Si nempe bona à creditoribus jam sunt distracta seu vendita, uti apparet *ex d. §. 1. ibi: ff. C. §. 8. bonis à creditoribus venditis, antea enim nondum amittuntur l. 3. de cess. action.* Idem quoque dicendum videtur de decoctoribus (quos vulgo Pancrotirer/vocant) ij enim tacite bona sua fugaciter cedere creditoribus videntur: Unde & Statutum Hamburg. de his idem decernit *d. part. 2. tit. 10. artic. II.*

7. Tandem respectu rei solvitur, si negotium confectum est, cujus gratia societas inita erat *§. item 6. Instit. de societ. Georg. Frantzke in Comment. ff. ibid. n. 129,* tum enim nihil amplius conficiendum restat, cum ipsa confectio finem societati imposuerit: Et hæc etiam dicta sufficiant, quomodo respectu rei ipsius societas dirimatur.

8. Ex voluntate solvitur societas, cum non manet omnium consensus integer; tamdiu enim saltem societas durat, quamdiu consensus partium integer manet, ut inquit *Impp. in l. 5. C. pro soc.* Et quidem solvitur tam expressa quam tacita voluntate: Expressa voluntate rursus dupliciter, vel statim ex lege ab initio contractui dicta, vel ex post facto declarata. Lege ab initio societati statim dicta, cum inter socios convenerit, ut ad certum tempus sit contracta societas: Eo enim tempore finito liberum est recedere à societate *secundum l. 65. §. 6. ff. ibid.* Post constitutam autem societatem



ad §. 4. Inst. ibid.

tatem expresse dissolvitur renunciatione, non solum omnium sociorum l. 65. §. 3. ff. ibid. sed etiam unius §. manet. 4. Inst. de soc. Dn. Brunnem. ad l. 5. C. ibid. Nec obstat quod initio placuerit socio, societatem contrahere, atque ideo ex post facto in præjudicium aliorum voluntatē, suam mutare non possit. per l. 5. C. de oblig. & act. & alios quam plurimos textus summo studio collectos ab *authore novissimarum notarum ad corpus Iuris Amstelodami impressum ibid. n. 3.* Ista enim regula regulariter quidem est vera proceditque, sed societas ob singularem suam naturam ab ea excipitur. *Bachov. in not. ad Wesenb. parat. pro soc. n. II. lit. N.* Nam cum hæc arctam animorum conjunctionem velit, & quasi fratres socios desideret *arg. l. 63. in pr. ff. ibid.* omnem litis ac discordiarum occasionem sedulo legislator merito cavere debuit, quæ certissimè orireretur si quis coactus in societate manere cogeretur *Wesenb. in Comment. Inst. ad d. §. 4.* ideo etiam secundum hanc legem societas iniri creditur ut quodocunque volunt socij à societate discedere possunt: Semper enim contrahentes secundum leges contrahere & pacisci videntur cum *Hoppero & Ostermanno Manzius ad d. §. 4. vers. & si aliquis n. 7.* ubi ad contraria respondet. Denique cum non Tempestive societati renunciat quis, quod hic suppone, non habet socius justam conquirendi causam, non magis quam si amicus alius ab amico justa ex causa recedat *vid. Donell. ad d. l. 5. C. de O. & A. Consentit Statut. illustris Hamburg. Reip. p. 2. t. 10. art. 10.*

ad l. 17. §. 1. ff. ib.

9. Notandum enim ut unius socij renunciatione, tota societas penitus dissolvatur, requiri, ut facta sit iuste, & juxta requisita à jure designata. Requiritur autem videtur primò renunciatio fiat præsentem vel certè rite certiorato, ut socius rebus suis mature possit exinde consulere: Nam si absenti facta sit renunciatio, non proficiet ea renuncianti, nec oberit socio, quoad ipse sciverit, sed quod renuncians acquisiverit interim in societatem nihilominus conferre debet, damnum autem ad eum solum pertinet l. *sed & socius 17. §. 1. ff. ibid. Petr. de Vbal. de duob. fratrib. part. II. n. 12. & seqq.* Cujus disparitas rationem exponit. *Baldus Bartolus & Mudeus ad l. 14. ff. pro soc. n. 20.*

ad l. 65. ff. §. 4. Inst. ibid.

10. Deinde requiritur renunciatio iusta ut sit nec fraudulenter & dolo malo facta d. l. 65. §. 3. Dicitur autem hoc modo renunciatio fieri, si alter ex sociis societati renunciat, ut lucrum quod alioqui obventur-



venturum esset communi societati, ad se solum transferat, quod duobus illustrat exemplis *Paulus in l. 65. §. 3. & 4. ibid.* cum inquit, veluti si in societate omnium bonorum, unus ex sociis obviente sibi luculenta aliqua hereditate vel lege, vel testamento, ideo inque eum finem societati renunciaverit, ut solus eam acquirat; quod exemplum ipse quoque repetit *Imperator in §. 4. Inst. eod.* Alterum exemplum à *Paulo* allatum est de negotiationis certæ societate, in qua dolo malo fieri renunciationem inquit, si duo coierint societatem ad certam rem emendam, postea autem alter eorum similiter ideo renunciet, ut solus emat suo nomine lucrumque capiat. Hujus autem fraudulentæ renunciationis idem effectus eademque pena, quæ superioris ut scilicet socius hoc modo renuncians liberet quidem suos confocios à se, non verò se à sociis; atque ita per consequens, si quod ex ea re lucrum obvenerit communicare cogatur, damnum solum sentiens *Vid. Gomez decis. singul. 1. n. ult.*

11. Tertium justæ renunciationis requisitum est, ut non sit facta intempestivè *l. 65. §. 5. & 6. h. t.* Dicitur autem intempestive fieri duobus modis: Primus est, si ab uno sociorum fiat eo tempore quo interfuit cæterorum non interim societatem, veluti si emendorum vendorumque mancipiorum causa coita sit inter alios societas, postea autem quidam renunciet tempore, quo vendere mancipia non expedit, forte quod tum propter ingentem venalium copiam, quam alij in urbem invexerant, viliora essent. Hoc enim casu quia cæterorum sociorum deteriore facit causam renuncians eo, quod per renuntiationem suam ad divisionem provocet eo tempore, quo non expedit vendere mancipia: Itaque cæteris confociis tenetur actione quod interest intempestivam renuntiationem factam non esse *d. §. 5.*

12. Alter modus quo intempestivè fieri renunciatio dicitur, est ille, si societati ad certum tempus puta decennium contractæ interponatur ante tempus finitum nulla urgente necessitate, aut justa causa *d. l. 65. §. 6.* idque optima ratione, nam præterquam quod contra conventionem fiat, adimitur etiam sociis temporis utilitas per adjectionem pacti quæ sita, quod valde cum bona fide (quæ in hoc contractu exuberare debet) pugnat. Diximus nisi justa &urgens subsit causa, hæc enim facit, ut & ante tempus renunciare liceat impune *d. §. 6.* quæ autem legitima sit causa diximus *supr. ad l.*



14. Quoad pœnam eadem cum fraudulentæ renunciationis, nimirum, ut renuncians socium quidem à se, se verò non à socio liberet *l. 56. §. 6. ff. ibid. Mud. ad l. 52. ibid. n. 2. Rittershus. de differ. jur. Civ. & Can. lib. 2. 13. c. 9.*

*aa. l. 64. ff. ibid.*

14. Tacita sociorum voluntate quasi solvitur, cum socij separatim agere cœperint, & unusquisq; eorum sibi ipsi non communioni negotiaverit *vid. l. 64. ff. ibid.* cujus ratio forsitan hæc quod sicut declaratur uniuscujusq; voluntas in societate contrahenda, verbis, re & facto, ita etiam possit iisdem modis dissensus declarari *l. nihil tam 35. de R. I.*

15. Restat ut cognoscamus quomodo actione dissolvatur societas, quod fit vel perempta societatis actione, cum scilicet socius actionem societatis mutaverit, eamque transtulerit in aliud obligationis genus, novatione facta vel voluntaria per stipulationem, vel necessaria per iudicium & litis contestationem *l. 5. in pr. ibid. vid. latius Dn. Bicc. in aur. sect. 4. th. 106. Mud. eum ad l. 69. ff. ibid. n. 3.* Atqui hæc de contrariis dicta facile sufficiunt cum & ex doctrina consentaneorum peti potuissent.

*Affinia.*

16. Annectamus jam paucis affinia, quæ dividi possunt quod vel ipsum contractum respiciant, vel etiam actionem.

17. Ipsum contractum respicit contractus *socidæ* (quam alij malè *soccidæ* appellant) de quo more suo accuratissimè cum elegantissimum peculiarem tractatum scripserit *Magnif. Dn. Canc. Tab. bor* sola describendi laus restat, potius itaque lectorem ad ipsum fontem remittimus.

18. Ipsam actionem respiciunt, vel cum ea concurrunt actio communi dividundo & *l. pro soc. 38. §. 1. l. si quis 6. ff. comm. divid. Legis Aquiliæ l. sed si 47. §. 1. l. 49. ff. pro soc. l. 19. & seqq. ff. ad L. Aquil. furti l. rei communis 45. l. merito 51. ff. pro soc. conditio furtiva l. sed si 47. ff. pro soc. l. 8. & fin. ff. de furt. ex stipulatu l. si quis 41. cum seqq. ff. pro soc. præscriptis verbis l. margaritam 44. ff. ibid. conf. C. A. l. ibid. th. 28. Vigel. in M. I. C. l. 19. c. 1. n. 7.* Latius enim hæc deducere nec tempus, nec ratio instituti permittit: Concludimus itaque cum *Magnif. Dn. Cancell. Tabore Patrono ac Præcept. nostro summa pietate æternum colendo in racemat. crim. p. 1.*

*dicentes:*

Gloria sit soli quo cœpimus auspice cursum  
Et portum attigimus vela regente Deo.

**F I N I S.**



Strassburg, Diss., 1665-66

ULB Halle

3

003 745 031



f

TA → OL


nur 5 Bisher verknüpft

WOM









B.I.G.

Farbkarte #13

INAUGURALIS  
CA

258

1665, 70.

INTER  
TUM EST

AA

umini gratia  
*que Decreto*

ni & Amplissimi  
RUM ORDINIS

ATENSIVM *Academia*  
NTIA

Honores & Privilegia  
RALIA

*sequendi*  
*rum Examine submitit*

*er/ Hamburgensis.*

ANNO M. DC. LXV.  
*consuetis.*

PAULLI, Bibliop.  
PASTORII,